Convalaria Polygonatum LINN. *Hispanica*, *perennis*. . . . . POLIGONATO.
POLYGONUM. Vide PERSICARIA.
POLYPODIUM. . . . . *Radix.*
Polypodium Vulgare LINN. *Hispanica*, *perennis*. . . . . POLIPODIO.
POMUM REDOLENS. *Fructus*, (Pomum).
Pyrus Malus LINN. *Arbor. Hispan.* CAMUESA.
POPULUS NIGRA. . . . *Gemmae foliiferae.*
Populus Nigra LINN. . . . *Arborea*, *Hispanica*. . . . . ÇHOPO, ALAMO NEGRO.

PORRUM. *Semina.*
Allium Porrum Linn. *Hisp. hort. sat.* PUERROS.
PORTULACA. . . . . *Herba recens.*
Portulaca Hortensis Linn. *Hispanica*, *hortensis*, *sativa*. . . . . BERDOLAGA.
POTASSA. Vide SALIA.
POTENTILA. . . . . *Radix*, *Herba.*
Potentila Reptans Linn. *Hispanica*, *perennis*. . . . . POTENTILA, CINCOENRAMA.
PRIMULA VERIS. . . . . *Herba.*
Primula Veris Linn. . . . . . . *Hispanica*, *perennis*. . . . . . . YERBA DE LA PRIMAVERA.
PRUNELLA. . . . . *Herba.*
Prunella Vulgaris Linn. *Hisp. per.* BRUNELA.
PRUNUS. . . . . *Fructus*, (drupa).
Prunus Domestica Linn. *Arborea*, *Hispanica*. . . . . CIRUELAS DAMASCENAS.
PSILLIUM. *Semina.*
Plantago Psyllium Linn. *Hispanica*, *annua*. . . . . ZARAGATONA.
PULEGIUM. . . . . *Summitates floridae.*
Mentha Pulegium Linn. *Hisp. peren.* POLEO.

PULMONARIA. . . . . *Folia.*

Pulmonaria Officinalis Linn. *Hispanica*, *biennis*. PULMONARIA.

PULSATILA. *Herba.*

Anemone Pulsatila Linn. *Hisp.* PULSATILA.

PYRETHRUM. . . . . *Radix.*

Anthemis Pyrethrum Linn. *Arborea*, *in Bohemia*. . . . . PELITRE.

PYROLA. . . . . *Herba.*

Pyrola Rotundifolia Linn. *Hisp. per.* PYROLA.

PYRUS. Vide POMUM.

Q

QUASSIA. *Cortex.* Vide SIMARUBA.

QUARANGUS. *Cortex.* Vide QUINA.

QUERCUS. . . . . . *Cortex*, *Fructus*, (Nux) *Muscum tomentosum.*

Quercus Ilex Linn. . . . . *Arborea*, *Hispanica*. . . . . ENCINA COMUN.

QUINA PERUANA. . . *Cortex surculorum.* Vide KINA.

QUINA EX LOXA. . . . *Cortex surculorum.* Vide KINA.

QUINA AROMATICA. . . . . *Cortex.* Vide CHACARILLA.

R

RANUNCULUS. . . . . *Herba recens.*
Varii utuntur in Officinis nostris, ut

Ranunculus Flamula, Ranunculus Acris, Ranunculus Abortivus, Ranunculus Aquaticus LINN. *Hispanica.* . . . . . RANUNCULO.

RAPHANUS. . . . . *Radix, Semina.*

Raphanus Sativus LINN. *Hispanica, hortensis, sativa.* . . . . RABANOS.

RAPHANUS RUSTICANUS. *Cortex radicis recens.*

Cochlearia Armoracia LINN. *Hispanica, hortensis, perennis.* . . . . . RABANO RUSTICANO.

RESINA ANIME. *Resina solida, pura, ex*

Hymenea Courbaril LINN. *Arborea, Americana.* . . . . ANIME.

RESINA CARANNA. *Resina solida, nigricans, ex*

Palmae specie nondum nota... Vide Mater. Medic. Berg. . . . . CARAÑA.

RESINA COLOPHONIA. *Resina pura, solida, pellucida hyacinthina.*

Residuum post distillationem olei crassi Therebintinae.

Vide THEREBINTINA.

RESINA COMMUNIS. *Resina pura, concreta, opaca, alba.*

Residuum post distillationem olei volatilis Therebintinae.

Vide THEREBINTINA.

RESINA COPAL. . . . . *Resina pura.*

Varietas Anime. . . . . COPAL.

Vide RESINA ANIME.

RESINA DRACONIS. *Resina rubra, opaca, compacta, et ponderosa. Variae sunt species, praecipue usurpatur, ex*

Dracaena Dracone Linn. SANGRE DE DRAGO.

RESINA ELEMI. *Resina concreta, pura, fragrans, ex*

Amyris Elemiferä Linn. *Arborea, Americana*. . . . . GOMA DE LIMON.

RESINA GUAJACI. *Resina impura, compacta, ex*

Guajaco Officinali Linn. *Arborea, Americana*. . . . . RESINA DE GUAJACO.

RESINA JUNIPERI. *Lacryma resinosa, pura*

Juniperi Communis Linn. *Arborea, Hispanica*. RESINA DE ENEBRO, GRASILLA, SANDARACA.

RESINA LACCA. *Resina impura, seu potius Resina gummoso-extractiva, aut cera vegetalis granulata, Formicis allatis supra ramulos elaborata, in*

Crotone Laccifero Linn. . . . . *Arborea, Indica*. GOMA LACA.

RESINA MASTICHE. *Lacryma pura resinosa, diaphana et splendens, ex*

Pistacia Lentisco Linn. *Arb.Hisp*. ALMACIGA.

RESINA PIX BURGUNDINA. *Resina mollis, ex*

Pino Abeto LINN. . . . . *Arborea, Hispanica.* . . . . PEZ DE BORGOÑA.

RESINA PIX GRAECA.

Vide COLOPHONIA.

RESINA PIX NIGRA. *Resina, compacta, pura, nigerrima et splendens.*

Ex combustione Pini. . . . . PEZ NEGRA.

RESINA TACAMAHACA. *Lacryma resinosa, pura, ex*

Populo Balsamifero LINN. *Arborea, Americana.* . . . . TACAMACA.

RESINA THURIS, *seu* OLIVANUM, *subjicitur gummis resinosis quia aqua fere dissolvitur, et magna copia substantiae extractivae constat.*

Vide GUMMI.

RHABARBARUM. . . . . *Radix.*

Rheum Palmatum LINN. *Tartarica, perennis.* . . . . RUIBARBO.

RHAMNUS CATHARTICUS... *Fructus*, (baccae).

Rhamnus Catharticus LINN. *Arborea*, *Hispanica*. RAMNO CATARTICO, Ó ESPINA CERVINA.

RHAPONTICUM . . . . *Radix*.

Rheum Rhaponticum LINN. *Europaea*, *perennis*. . . . . RAPONTICO.

RHEUM. *Radix*. Vide RHABARBARUM.

RHODIUM (Lign.) . . . . *Lignum*.

Obscurum adhuc inter nos. *Arborea*, *Americana*. . . . . PALO DE ROSA, LEÑO RODINO.

RHUS. . . . . *Herba*.

Rhus Coriaria LINN. *Hisp.culta,per.* ZUMAQUE.

RIBES. . . . . *Fructus*, (baccae).

Ribes Grossularia LINN. *Hisp.per.* GROSELLAS.

RICINUS. . . . . *Semina*.

Ricinus Communis LINN. *Hispanica*, *biennis*. . . . RICINO, Ó HIGUERA DEL INFIERNO.

ROSA RUBRA. *Flores nondum aperti absque calycibus*, *Petala recentia exungulata*.

Rosa Gallica LINN. *Hispanica*, *hortensis*, *perennis*. . . . . ROSA CASTELLANA.

ROSA SOLUTIVA. . . . . *Petala.*

Rosa Centifolia LINN. *Hispanica*, *hortensis*, *perennis*. . . . . ROSA DE ALEXANDRIA.

ROSMARINUS. . . . . . . *Summitates*, *Flores.*

Rosmarinus Officinarum LINN. *Hispanica*, *perennis*. . . . . ROMERO.

RUBIA. . . . . *Radix.*

Rubia Tinctorum LINN. *Hispanica*, *culta perennis*... RUBIA DE TINTOREROS, GRANZA.

RUBUS FRUCTICOSUS. *Stipites recentes*, *Fructus*, (baccae).

Rubus Fructicosus LINN. *Hispanica*, *perennis*. . . . . ZÁRZAMORA.

RUBUS IDAEUS. . . . . . . *Fructus*, (baccae).

Rubus Idaeus LINN. *Hisp. peren.* SANGÜESAS.

RUSCUS. . . . . *Radix*, *Folia.*

Ruscus Aculeatus LINN. *Hisp. peren.* BRUSCO.

RUTA CAPRARIA. . . . . *Herba.*

Vide GALEGA.

RUTA HORTENSIS. . . . . . . *Herba recens.*

Ruta Graveolens LINN. *Hispanica*, *perennis*. RUDA HORTENSE.

RUTA SYLVESTRIS . . . . *Herba.*
Ruta Linifolia LINN. . . . . *Hispanica, perennis*. . . . . RUDA SILVESTRE.

S

SABINA. . . . . . . *Folia, Fructus,* (baccae).
Juniperus Sabina LINN. *Hisp. perennis.* SABINA.
SACCHARUM. *Succus crystallisatus, purus, salis instar, ex*
Saccharo Officinali LINN. *Indica, Hispanica, perennis*. . . . . AZUCAR.
SAGAPENUM. . . *Gummi-resina, Persica.*
Vide GUMMI.
SALICARIA. . . . . *Herba recens.*
Lithrum Salicaria LINN. *Hispanica, perennis*. . . . . SALICARIA.
SALICORNIA. . . . . *Cineres alkalini.*
Salicornia Herbacea LINN. *Hispanica, perennis*. . . . . SALICORNIA.
SALVIA. . . . . *Herba.*
Salvia Officinalis LINN. *Hisp. peren.* SALVIA.

SAMBUCUS. *Cortex*, *Folia recentia*, *Fructus*, (baccae) *Flores.*

Sambucus Nigra LINN. *Arbor. Hispan.* SAUCO.

SAMPSUCUS. Vide MARUM VULGARE.

SANDARACHA. Vide RESIN. JUNIPERI.

SANGUINARIA MAJOR. . . . . . . *Herba.* Vide CENTUNODIUM.

SANGUINARIA MINOR. . . . . *Flores.*

Ilecebrum Paronichîa. LINN. *Hispanica*, *perennis*. . . . . SANGUINARIA MENOR.

SANGUIS DRACONIS. Vide RESINA.

SANICULA. . . . . *Folia.*

Sanicula Europaea LINN. *Hisp. per.* SANICULA.

SANTALUM ALBUM. *Lignum scobinatum.*

Santalum Album LINN. . . . . *Arborea*, *Indica*. . . . . SANDALO BLANCO.

SANTALUM CITRINUM. *Medulla Ligni Santali Albi rasurata.* SANDALO CITRINO.

SANTALUM RUBRUM. *Lignum in scobe redactum.*

Pterocarpus Santalinum LINN. *Arborea*, *Indica*. . . . . SANDALO RUBIO.

SANTONICUM. SEM. CONTRA. *Semina.* Arthemissia Santonicum LINN. *Persica, peren.* SIMIENTE DE ALEXANDRIA, SANTONICO.

SARSAPARRILLA. . . . . *Radix.* Smilax Sarsaparrilla LINN. *Americana, perennis.* . . . . ZARZAPARRILLA.

SASSAFRAS. . . . . *Lignum radicis, Cortex.* Laurus Sassafras LINN. *Arb. Amer.* SASAFRAS.

SATUREJA. . . . . *Summitates floridae.* Satureja Hortensis LINN. *Hispanica, hortensis, annua.* . . . . AXEDREA.

SATYRIUM. . . . . *Radix recens.* Satyrium Viride LINN. *Hisp. per.* SATIRION.

SAXIFRAGA. . . . . *Herba.* Saxifraga Cotyledon LINN. *Hispanica, perennis.* . . . . SAXIFRAGA.

SCABIOSA. . . . . *Herba florida.* Scabiosa Arvensis LINN. *Hisp. per.* ESCABIOSA.

SCAMONIUM. *Succus concretus, gummi-resinosus, per incisionem extractus, ex* Convolvulo Scamonio LINN. *Syriaca, perennis.* . . . . ESCAMONEA.

SCHOENANTHUS . . . . . . *Herba* , *Flores*.
Andropogon Schoenanthus LINN. *Indica* , *perennis*. . . . . ESQUENANTO , PAJA DE MECA.
SCOLOPENDRUM. . . . . *Folia*.
Asplenium Scolopendrum LINN. *Hispanica*, *perennis*. . . . . LENGUA DE CIERVO.
SCORDIUM. . . . . *Herba*, *Succus*.
Theucrium Scordium LINN. *Hispanica* , *perennis*. . . . . ESCORDIO.
SCORZONERA. . . . . *Radix recens*.
Scorzonera Hispanica LINN. *Hispanica* , *perennis*. . . . . ESCORZONERA.
SCROPHULARIA. . . . . *Herba*.
Scrophularia Aquatica LINN. *Hispanica* , *perennis*. . . . . ESCROFULARIA.
SCYLLA. . . . . *Bulbi*.
Scylla Maritima LINN. . . *Hispanica* , *perennis*. . . . . CEBOLLA ALBARRANA.
SEBESTEN. . . . . *Semina*.
Cordia Sebestena LINN. *Indic*. *per*. SEBESTENA.

SECALE. . . . . *Semina.*
Secale Cereale Linn. *Hispanica, hortensis, sativa*. . . . . CENTENO.

SEDUM. . . . . *Herba recens.*
Sedum Telephium Linn. Vulgo Faba crassa. *Hispan. ann.* SEDO. TELEFIO. ANACANSEROS.

SEDUM MINUS. . . . . *Folia recentia.*
Vide SEMPERVIVUM MINUS.

SEMPERVIVUM M. . . . . *Folia recentia.*
Sempervivum Tectorum Linn. *Hispanica, perennis*. . . . . SIEMPREVIVA MAYOR.

SEMPERVIVUM MINUS. . . *Herba recens.*
Sedum Acre Linn. . . . . . . *Hispanica, annua.* UVAS DE GATO, SIEMPREVIVA MENOR.

SENECIUM. . . . *Folia, Summitates floridae.*
Senecio Vulgaris Linn. . . . *Hispanica, annua*. . . . . SENECIO, YERBA CANA.

SENNA HISPANICA. . . . . *Folia.*
Cassia Senna. Var. β Linn. *Hispanica, hortens. annua*. . . . . SEN DE ESPAÑA.

SENNA ORIENTALIS. . . . . *Folia.*
Cassia Senna Linn. *Ægypt. per.* SEN ORIENTAL.

SERPENTARIA VIRGINIANA... *Radix.*
Aristolochia Serpentaria LINN. *Americana, perennis.* . . . . SERPENTARIA VIRGINIANA.
SERPYLLUM... *Herba, summitates floridae.*
Thymus Serpyllum LINN. *Hisp. per.* SERPOL.
SESAMUM. . . . . *Semina, oleum expressum.*
Sesamum Orientale LINN. *Hispanica, hortensis, annua.* . . . SESAMO. ALEGRIA. AJONJOLI.
SESELI CRETICI. . . . . *Semina.*
Tordylium Officinale LINN. *Hispanica, Italica, annua.* . . . . COMINOS DE CRETA.
SESELI MASILIENSI. . . . . *Semina.*
Seselî Tortuosum LINN. *Europaea Austral. Hispanica, perenn.* COMINOS DE MARSELLA.
SESELI RUSTICI. . . . . *Semina.*
Thapsia Asclepium LINN. . . *Hispanica, perennis.* . . . . COMINOS RUSTICOS.
SILIQUA. Vide ALGARROBO.
SIMARUBA. *Cortex.*
Quassia Simaruba LINN. *Arborea, Americana.* . . . . SIMARUBA.

SINAPIS. . . . . *Semina.*
Sinapis Nigra LINN. *Hispanica*, *hortensis*, *annua*. MOSTAZA.
SISSARUM. . . . . *Radix*, *Semina.*
Sium Sissarum LINN. *Indic. bienn.* SISARO.
SISYMBRIUM. . . . . *Herba recens.*
Sisymbrium Nasturtium Aquaticum LINN. *Hispanica*, *vulgaris*, *annua*. . . . . BERROS.
SODA, seu SOSA. *Cineres salino alkalini*, *ex* Salsola Sativa LINN. . . . . *Hispanica*, *perennis*. . . . . BARRILLA, SOSA.
SOLANUM. . . . . *Herba recens.*
Solanum Nigrum LINN. . . . *Hispanica*, *annua*. . . . . . SOLANO NEGRO, YERBA MORA.
SPICA CELTICA. . . . . *Radix.*
Valeriana Celtica LINN. *Hispanica*, *Germanica*, *biennis*. . . . . ESPICA CELTICA.
SPICA NARDUS. . . . . *Radix.*
Andropogon Nardus LINN. *Indica*, *perennis*. . . . . . . ESPICA NARDO, NARDO INDICO.
SPINA CERVINA.
Vide RAMNUS CATHARTICUS.

SPINUS NIGER. . . . . *Radix.*
Rhamnus Lycioides LINN. *Arborea*, *Hispanica*. . . . . ESPINO NEGRO.
STACHYS. . . . . *Herba.*
Stachys Recta LINN. YERBA DE LA CELIDURA.
STAPHISAGRIA. . . . . *Semina.*
Delphinium Staphisagria LINN. *Hispanica*, *biennalis*. . . . . . ESTAFISAGRIA, ALBARRAZ.
STOECHAS. . . . . *Spiccae floridae.*
Lavandula Stoechas LINN. *Hispanica*, *perennis*. . . . . CANTUESO.
STORAX CALAMITA.
Vide BALSAMUM.
STORAX LIQUDA. . . . . *Resina.*
Vide LIQUIDAMBAR.
STORAX LIQUIDA. *Ex styrace Calamita, Balsamo de Mecha, Vino, et Oleo conficitur, indoliolis nobis ab India fertur, et Styrax liquida impropie dicitur.* ESTORAQUE LIQUIDO.
STRAMONIUM. . . . . *Herba recens.*
Datura Stramonium LINN. *Hispanica*, *annua*. . . . . ESTRAMONIO.

i 2

SUMACH. Vide RHUS.

SYMPHITUM MAJUS. Vide CONSOLIDA. . . . . SUELDA CONSUELDA.

SYMPHITUM MINUS. . . . . *Radix.*

Symphitum Officinale LINN. *Hispanica*, *perennis*. . . . . SINFITO MENOR.

T

TACAMAHACA. Vide RESINA.

TAMARINDUS. *Fructus condit.* (Siliquae).

Tamarindus Indica LINN. *Arborea*, *Americana*, *Indica*. . . . . TAMARINDOS.

TAMARISCUS. . . . . . . *Cortex ligni*, *Folia.*

Tamarix Gallica LINN. *Hisp. Arbor.* TARAY.

TANACETUM. . . . . . *Summitates floridae.*

Tanacetum Vulgare LINN. *Hispanica*, *hortensis*, *peren.* YERBA LOMBRIGUERA, TANACETO.

TAPIOCA. *Substantia Amylacea gummosa*, *ex*

Cycas Orientali LINN. Vulgo Saguifera. *Brasiliensis*. . . . . TAPIOCA. SAHAGU.

TARAXACUM. . . . . *Herba recens.*
Leontodon Taraxacum LINN. *Hispanica, perennis.* . . . TARAXACON, DIENTE DE LEON.

TARTARUS. *Sal subacidum acido tartaroso et potassa constans, in Lagaenis vini post fermentationem incrustatum.*
Vide VITIS. RASURAS DE VINO, TARTARO.

TELEPHIUM. Vide SEDUM.

TERRA JAPONICA. *Succus inspissatus, gummosus, ex*
Mimosa Catechu LINN. Suppl. *Arborea, Indica.* . . . . TIERRA JAPONICA, CATECU.

TEREBINTHINA COMMUNIS. . . *Resina pura, crassioris consistentiae et opaca, ex*
Pino Larice LINN. . . . . . *Arborea, Hispanica.* . . . . TREMENTINA COMUN.

TEREBINTHINA CYPRINA. *Resina liquida, pura, ex*
Pistacia Terebintho LINN. *Arborea, Hispanica.* . . . . TREMENTINA DE CHIPRE.

TEREBINTHINA VENETA. *Resina pura, liquida, aromatica, coloris aurei splendentis, ex* Pino Abeto LINN. . . . . . *Arborea, Hispanica*. . . . . TREMENTINA DE VENECIA.

N. B. Terebinthina Abietis usurpari debet imprimis.

TEUCRIUM. . . . . *Herba.*
Veronica Theucrium LINN. *Hispanica, perennis*. . . . . TEUCRIO VULGAR.

THE HISPANICUM. . . . . . *Herba florida.*
Chenopodium Ambrosioides LINN. *Hispanica, annua*. . . . . TE DE ESPAÑA.

THE ORIENTALE. . . . . . . *Folia viridia.*
Thea Bohea LINN. *Indic. peren.* TE ORIENTAL.

THUS, seu OLIVANUM. Vide GUMMI.

THYMBRA HISPANICA. *Summitates floridae.*
Thymbra Verticillata LINN. *Hispanica, perennis*. . . . . TIMBRA.

THYMUS. . . . . *Summitates floridae.*
Satureja Capitata LINN. *Hispanica, perennis*. . . . . TOMILLO DE CABEZAS.

THYMUS OFFICINALIS. *Summitates florid.*
Thymus Vulgaris LINN. *Hispanica, perennis*. . . . . TOMILLO SALSERO.

TILLIA. . . . . *Cortex ligni interior, Flores.*
Tillia Europaea LINN... *Arborea, Hispanica*. . . . . TILO.

TITHYMALUS. *Herba recens, Euphorviae species est.*
Vide ESULA. . . . . TITYMALO.

TLASPI. *Herba.* Vide BURSA PASTORIS.

TORBISCUM. *Caulis cortex, Folia, Radix.*
Daphne Gnidium LINN. *Hisp. per.* TORBISCO.

TORMENTILLA. . . . . *Radix.*
Tormentilla Erecta LINN. *Hispanica, perennis*. . . . . TORMENTILA.

TRITICUM. *Semina, Farina, Frumentum, Furfur, Amylum.*
Triticum Hybernum LINN. *Hispanica, sativa, annua*. . . . . TRIGO CANDIAL.

TURPETHUM. . . . . *Radix.*
Convolvulus Turpethum LINN. *Americana, Indica, perennis*. . . . . TURBIT.

TUSSILAGO. . . . . *Folia.*
Tussilago Farfara LINN. *Hisp. per.* TUSILAGO.
TYMELEA. . . . . *Cortex caulis, Folia.*
Daphne Tymelea LINN. *Hisp. per.* TIMELEA.

V

VALERIANA. . . . . *Radix.*
Valeriana Officinalis LINN. *Hispanica, perennis.* . . . . VALERIANA.
VANILLA. . . . . *Fructus,* (Siliquae).
Epidendrum Vanilla LINN. *Arborea, Americana.* . . . . VAYNILLA.
VERBASCUM. *Folia, Summitates floridae.*
Verbascum Thapsus LINN. *Hispanica, biennis.* . . . . GORDOLOBO.
VERBENA. . . . . . . *Herba, seu potius Folia.*
Verbena Officinalis LINN. *Hisp. per.* VERBENA.
VERONICA. . . . . *Herba.*
Veronica Officinalis LINN. *Hisp. per.* VERONICA.
VINCA PERVINCA. . . . . . *Folia recentia.*
Vinca Minor LINN. . . . . . *Hispanica, perennis.* . . . . YERBA DONCELLA, VINCA.

VINCETOXICUM.. . . . . ,. *Radix.*
Asclepias Vincetoxicum LINN. *Hispanica*, *perennis.* . . . . VENCE TÓSIGO.
VINUM ALBUM et RUBRUM. *Notissimum.* Vide VITIS.
VIOLA. . . . . *Folia recentia*, *Flores.*
Viola Odorata LINN. *Hispan. perenn.* VIOLETA.
VIPERINA. Vide SCORZONERA.
VIRGA AUREA. . . . *Summitates floridae.*
Solidago Virga aurea LINN. *Hispanica*, *perennis.* . . . . VARA DE ORO.
VISCUM QUERCINUM. *Lignum et Folia.*
Viscum Album LINN. *Hispanica*, *perennis*, *parasitica.* . . . . VISCO QUERCINO.
VITIS. *Tartarus*, *Vinum*, *Acetum*, *Omphacium*, *Sapa*, *Passulae.*
Vitis Vinifera LINN. *Hispanica*, *hortensis*, *culta*, *perennis.* . . . . PARRA, Ó VID.

U

ULMARIA. . . . . *Herba.*
Spiraea Ulmaria LINN. *Hispan. per.* ULMARIA.

ULMUS. . . . . *Cortex interior ligni.*
Ulmus Campestris Linn. *Arborea*, *Hispanica.* . . . OLMO, vulgo ALAMO DE PASEOS.
UMBILICUS VENERIS. . . . *Folia recentia.*
Cotyledon Umbilicus Veneris Linn. *Hispanica*, *annua*... SOMBRERILLO, OMBLIGUERA.
URTICA. . . . . . . *Herba*, *Succus*, *Semina.*
Urtica Dioica Linn. *Hispan. peren.* ORTIGA.
UVA URSI. . . . . . *Folia*, *Fructus*, (baccae).
Arbutus Uva Ursi Linn. *Arb. Hisp.* GAYUBA.

Z

ZABILA. Vide ALOES.
ZEBADILLA. *Semina*, *Fructus*, (Capsulae).
Veratrum Sabadilla? Linn. *Amer.* CEBADILLA.
ZEDOARIA. . . . . *Radix.*
Kempheria Rotunda Linn. *Asiatica*, *perennis.* . . . . ZEDOARIA.
ZINGIBER. . . . . *Radix.*
Amomum Cingiber Linn. *Asiatica*, *perennis.* . . . . GENGIBRE.

MATERIAE MEDICAE SYLLOGE.

CLASSIS II.

ZOOLOGIA.

Syst. Natur. Linn.

A

AMBRA GRYSEA. *Substantia oleaginosa concreta, in esofago* Ceti, *ut ajunt, inventa.*

Vide SPERMA CETI.

ANGUILLA. *Pel, Axungia et viscera, Hepar, Cor, Pulmones.*

Murena Anguilla Linn. *Hispanic.* ANGUILA.

ANGUIS... *Animal vivum pelle expoliatum, Axungia, Exubium.*

Coluber Natrix Linn. *Hisp. vulgare.* CULEBRA.

ANSER. . . . . *Axungia.*

Anas Anser Linn. *Hispanicum.* . . . . . GANSO.

APER. . . . . *Axungia, Dentes.*

Sus Scrofa. Varietas Linn. *Hispanicum.* JABALÍ.

APIS. . . . . . *Mel, Cera alba, Cera citrina.*

Apis Mellifera Linn. *Hispanicum.* . . ABEJAS.

ARANEAE. . . . . *Integrae et recentes.*

Aranea Domestica Linn. *Hispanicum.* ARAÑAS.

ARIES. *Pel*, *Pedes*, *Lana*, *Œsypus*, *Omentum vivum*, *Axungia.*

Ovis Aries Linn. *Hispanicum.* . . . CARNERO.

ASELLUS. Vide MILLEPEDES.

ASINUS. . . . . *Pel*, *Ungulae.*

Equus Asinus Linn. *Hispanicum.* . . . ASNO.

AXUNGIA SUILLA. Vide SUS.

B

BEZOAR OCCIDENTALE.
BEZOAR OCCID. Alter..... } Vide LAPIS.
BEZOAR ORIENTALE......

BEZOARDICUM ANIMALE. *Axungia et viscera*, *Cor*, *Hepar*, *et Ovarium Viperae.*

Vide VIPERA.

BOS. . . . *Excrementum recens*, *Caro vitulina*, *Lac*, *ejus Butyrum.*

Bos Taurus Linn. *Hispanicum.* TORO, VACA.

BUFONES. . . . *Integri*, *exiccati*, *et recentes.*

Rana Bufo Linn. *Hispanicum.* . . . . . SAPOS.

BUTYRUM VACCINUM. *Pinguedo Lactis.* Vide BOS.

C

CANCRI. *Integri, Apices seu Ungulae, Lapilli.*
Cancer Astacus LINN. *Hispanicum.* CANGREJOS.
CANIS. . . . . *Excrementum.*
Canis Familiaris LINN. *Hispanicum...* PERRO.
CANTHARIDES. . . . *Integrae et pulveratae.*
Meloe Vesicatorius LINN. *Hispanicum, Italicum.* . . . . CANTARIDAS.
CARALAE. *Integrae et recentes, siccae et pulveratae.*
Meloe Proscarabaeus LINN. . . . . *Hispanicum.* . . . . CARRALEJAS. ABADEJOS.
CASTOREUM. *Folliculi, seu excrescentia inguinalis, follicularis, fragrans, ex*
Castore Fibro LINN. *Rusicum...* CASTOREOS.
CATUS DOMESTICUS. . . . . . . *Axungia.*
Felis Catus LINN. *Hispanicum.* GATO CASERO.
CERA ALBA. *Cera citrina sole, aëre, et aqua dealbata.*

CERA CITRINA. *Substantia bituminosa, solida, aromatica, resinae instar, staminibus florum ab Apibus collecta.* Vide APIS.

CERVUS. . . *Cornua, Priapus, Osa Cordis.*

Cervus Elaphus LINN. *Hispanicum.* CIERVO.

CICADAE. . . . . . *Integrae et pulverisatae.*

Cicada. Species Europaea LINN. . . . *Hispanicum.* . . . . CIGARRA EUROPEA.

COCCINELLA. . . . . *Insecta integra.*

Coccus Cacti LINN. *Americanum.* COCHINILLA.

COCHLEAE COMMUNES. *Testa, Succus, seu Vermes pistati recentes.*

Helix Pomatia LINN. . . . . *Hispanicum, vulgare.* . . . . CARACOLES COMUNES.

COLLAPISCIS. Vid. ICHTHYOCHOLLA.

COLUBER. Vide ANGUIS.

COLUMBA. . . . . *Pulli vivi, Sanguis recens.*

Columba Domestica LINN. . . . . *Hispanicum.* . . . . PALOMA CASERA.

CORALLIUM ALBUM. *Zoophitum, Mare Adriatico.*

Vide Mineralogia, Clas. III.

CORALLIUM RUBRUM.... *Zoophitum*, *in Mare Mediterraneo.*

Vide Mineralogia, Clas. III.

COTURNIX. *Pedes tosti et pulverati*, *integrum.*

Tetrao Coturnix Linn. *Hispanic.* CODORNIZ.

CRANIUM HUMANUM. . . . . . . *Occipuz.*

Vide HOMO.

CUNICULUS. . . . . *Pili usti*, *Axungia.*

Lepus Cuniculus Linn. *Hispanicum.* CONEJO.

D

DAMA. . . . . *Cornua*, *Sevum.*

Cervus Dama Linn. *Hispanicum.* . . . GAMO.

DENTES APRI. Vide APER.

E

EBUR. . . . . *Dentes pulverati.*

Elephas Maximus Linn. *Asiaticum.* MARFIL.

EQUUS. *Axungia.*

Equus Caballus Linn. *Hispanicum.* CABALLO.

ERINACEUS, sive ECHINUS. *Integrum, tostum et pulveratum.*

Erinaceus Europaeus LINN. *Hispanic.* ERIZO.

EXUBIUM SERPENTIS. Vide COLUBER.

F

FORMICAE. . . . . *Insecta integra.*

Formica Rufa LINN. *Hispanicum.* HORMIGAS.

G

GALLINA. . . . *Pulli, Ovum, ejusque Testa.*

Phasianus Gallus LINN. *Hisp.* GALLINA, POLLO.

GALLUS INDICUS. *Excrementum, Ovum, ejus Testa.*

Meleagris Gallo Pavo LINN. . . . . . *Hispanicum.* . . . . PAVO DOMESTICO.

H

HIRCUS... *Sanguis Masculi, Lac, Caseum, Sevum.*

Capra Hircus LINN. . . . . *Hispanicum.* . . . . MACHO CABRÍO, CABRA.

HIRUNDO........ *Sanguis recens, Nidum.*
Hirundo Rustica LINN. *Hispan.* GOLONDRINA.
HOMO... *Mumia, Axungia, Craneum seu Occiput, Lac Faeminae.*
Homo: nosce te ipsum!....... HOMBRE.

I

ICHTHYOCOLLA. *Gluten, ex vesica aërea.*
Acipenseris Husonis LINN... *Archangelica, etiam Brasiliensis.*... COLA DE PESCADO.

K

KELIS CANCRORUM. *Apices, seu Ungues testaceae.*
Vide CANCRI...... UÑAS DE CANGREJOS.
KERMES. *Receptaculum integrum, siccum, Succus recens, et inspissatus.*
Coccus Ilicis LINN. Vide Phitologia Clas. I. pág. 37.

L

LACCA. *Resina.* Vide Phitologia Clas. I.

LACERTUS. *Integrum, ejusque excrementum.*

Lacerta Cygilis LINN. *Hispanicum.* LAGARTO.

LAPIS BEZOAR OCCIDENTALIS. *Integrus, et pulverisatus, ex*

Capra Bezoardica LINN. . . . . *Americanum.* . . . . PIEDRA BEZOAR OCCIDENTAL.

LAPIS BEZOAR OCCIDENT. Alter, ex

Capra Gazella LINN. . . . . *Americanum.* . . . . PIEDRA BEZOAR OCCIDENTAL.

LAPIS BEZOAR ORIENTALIS. *Integrus, et pulverisatus, ex*

Capra Cervicapra LINN. . . . . *Americanum.* . . . . PIEDRA BEZOAR ORIENTAL.

LAPIS IGUANUS. *Lapis in ventriculo cont.*

Lacerta Iguana LINN. *Indic.* PIEDRA IGUANA.

LAPIS PORCINUS, *ex*

Hyxtricis Specie LINN. *Ind.* PIEDRA PORCINA.

LEPUS. . . . . *Sanguis, Pili, usti.*

Lepus Timidus LINN... *Hispanicum.* LIEBRE.

LUMBRICI. *Integrae siccae, et recentes, Liquamentum seu Liquor.*

Lumbricus Terrestris LINN. *Hisp.* LOMBRICES.

LUPUS. . . . . *Intestina condita.*
Canis Lupus Linn. *Hispanicum*. . . . LOBO.

M

MANDIBULA PISCIS LUCII.
Vide PISCIS LUCIUS.
MATER PERLARUM. . . *Concha*, *Uniones.*
Mytilus Margaritiferus Linn. . . . . . . *Asiaticum*. . . . . . . MADRE DE PERLAS, NACAR.
MEL. . . . . *Substantia saccharina.*
Vide Phitologia, Clas. I.
MILLEPEDES... *Integri, sicci et pulverisati.*
Oniscus Asellus Linn. . . . . *Hispanicum*. . . . . MILPIES, COCHINILLA.
MOSCHUS. *Substantia fragrans, concreta, untuosa, folliculi excretorii subumbilicalis, ex* Moscho Moschifero Linn... *Indicum Orientale*. . . . . ALMIZCLE.
MUMIA. *Caro humana sole, aestu condita, aut exiccata*. . . . . MUMIA.
MURES. . . . . *Integri, excrementum.*
Mus, Musculus Linn. *Hispanicum*. RATONES.

O

OCULI CANCRORUM. *Lapilli in ventriculo Cancrorum contenti.*

Vide CANCRI. . . . . . . OJOS DE CANGREJOS.

OESYPUS... *Substantia oleaginoso-extractiva, Lanae ovinae lotione extracta, et inspissata.*

Vide ARIES. . . . . HISOPO HUMEDO.

OSSA è CORDE CERVI... *Arteria cordis concursu, quae cum aetate indurescit ossis instar, ex*

Cervo Elapho LINN. . . . . *Hispanicum, vulgare.* . . . HUESOS DEL CORAZON DE CIERVO.

OSSA SEPIAE. Vide SEPIA.

OSTREAE. . . . . *Testaceae conchae.*

Ostrea Eduli LINN. *Hispanicum.* . . . OSTRAS.

OVUM. *Notissimum.*

Vide GALLINA. . . . . HUEVO.

P

PAVO. *Excrementum.*

Pavo Cristatus LINN. *Hisp.* PAVO REAL, PAVON.

PERDIX. *Decoctum seu consummatum, pedes tosti pulverisati.*

Tetrao Perdix LINN. *Hispanicum*. . . PERDIZ.

PERLAE. Vide UNIONES.

PISCIS LUCIUS. . . . . *Ossa Mandibulae.*

Esox Lucius LINN. *Hispanicum*. PEZ LUCIO.

R

RANA. *Exenterata, decapitata pelleque expoliata.*

Rana Temporaria LINN. *Hispanicum*... RANA.

RINOCEROS. Vide UNICORNU.

S

SANGUISUGAE. . . . . *Viventes.*

Hirudo Medicinalis LINN. . . . SANGUIJUELAS.

SCORPIO. *Integrum.*

Scorpio Europaeus LINN. *Hispanic.* ALACRAN.

SEPIA. . . . . *Ossa.*

Sepia Officinalis LINN. *Maritim*. . . . . XIBIA.

SERICUS. . . . . *Tegumentum Crysalidae.*

Phalaena Mori LINN. *Hisp*. CAPULLO DE SEDA.

SEBUM. Vide ARIES.

SPERMA CETI. *Substantia alba, oleaginosa, concreta, Cerebello contenta, in*

Physetere Macrocephalo LINN. . . . . *Hispanicum.* . . . . ESPERMA DE BALLENA.

STRUTHIO. *Testa, seu crusta testacea ovor.*

Struthio Camellus LINN. *Asiatic.* ABESTRUZ.

SUS DOMESTIC. . . . . *Axungia, Omentum.*

Sus Scrofa LINN. *Hispanic.* CERDO, Ó PUERCO.

T

TAXUS. . . . . *Axungia.*

Ursus Melles LINN. *Hispanicum.* . . . TEXON.

TESTUDO. *Concha, Jusculum seu Consummat.*

Testudo Orbicularis LINN. *Hispan.* GALAPAGO.

V

VIPERA. *Exenterata, decapitata, decaudata, pelleque expoliata et recens, Viscera exiccata, et Axungia.*

Coluber Berus LINN. *Hispanicum.* VÍBORA.

VITULUM. Vide BOS.

VULPIS. . . . *Integra*, *Axungia*, *Pulmones.*
Canis Vulpes LINN. *Hispanicum.* . . . ZORRO.

U

UNGULA ALCIS. . . . *Tegumentum corneum pedis pulverisatum.*
Cervus Alces LINN. . . . . *American.* . . . . UÑA DE LA GRAN BESTIA.
UNICORNU MARINUM. *Cornu pulverisat.*
Monodon Monoceros LIN. UNICORNIO MARINO.
UNICORNU. *Cornu pulverisatum*, *ex*
Rhinocerote Unicornu LINN. RINOCERONTE.
UNIONES. . . . . *Notissimae.*
Vide MATER PERLAR. . . . MARGARITAS.
URSUS. . . . . *Axungia.*
Ursus Artos LINN. *Hispanicum.* . . . . . OSO.

Z

ZYBETUM. *Substantia untuosa*, *fragrans*, *pinguis*, *in folliculis inguinalibus contenta*, *in*
Viverra Zybetha LINN. . . . . *Asiaticum.* . . . . . . ZIBETO, Ó GATO DE ALGALIA.

MATERIAE MEDICAE SYLLOGE.

CLASSIS III.

MINERALOGIA.

A

ACIDUM BORACICUM..... }
ACIDUM MURIATICUM. } Vid. C. XXXVI.
ACIDUM NITRICUM. }
ACIDUM SULPHURICUM. }

AERUGO. Vide VIRIDE AERIS.

AETITES. Vide LAPIS.

ALABASTRUM. *Lapis acido sulphurico, et calce constans: pulverisatum.*

Sulphas Calcis PHARMACOP. . . . . . *Hispanicum, vulgare.* YESO COMPACTO, ALABASTRO.

ALUMEN RUPEUM. *Sal acido sulphurico, et alumina constans: solutum.*

Sulphas Aluminae PHARMACOP. *Hispanicum, vulg. pulver.* ALUMBRE DE ROCA, Ó CRUDO.

ALUMEM PLUMEUM. . . . . *Varietas.*

Sulphas Aluminae Plumosus PHARMAC. *Hispanicum: pulverisatum.* ALUMBRE DE PLUMA.

AMBRA GRYSEA. *Bitumen odoriferum aliquando è Mare Mediterraneo collectum.*

Ambra Grysea MINERALOG. . . . *Brasiliensis.*
Vide Zoologia, Clas. II. . . . . AMBAR GRIS.

AMIANTUM. *Magnesia, silice, calce, alumina, et Ferro constans: pulverisatum.*

Asbestum MINERALOG. *Hispanic.* AMIANTO.

ANTIMONIUM CRUDUM. *Sulphure, et Antimonio constans: striatum, pulverisatum.*

Sulphuretum Antimonii PHARMACOP. *Hispanicum, vulgare.* . . . . . . ANTIMONIO CRUDO.

ARGENTUM. *Metallum: cupelatum, limatum, aut in folliis redactum.*

Argentum PHARM. *Hispanic. Americ.* PLATA.

ARGILLA. *Terra alumina et arena constans: pulverisata.*

Terra Aluminae Nativa PHARMAC. *Hispanica, vulgaris.* . . . . GREDA.

ARSENICUM ALBUM. *Oxigeno, et Arsenico constans: usu externo, pulverisatum.*

Oxidum Arsenici Album PHARMACOP. *Hispanicum.* . . . . ARSENICO BLANCO.

ARSENICUM FLAVUM. *Sulphure et Arsenico constans : usu externo : pulverissatum.*

Sulphuretum Arsenici Flavum PHARMACOP. *Hisp.* ARSENICO AMARILLO, Ú OROPIMENTE.

ARSENICUM RUBRUM. *Varietas: usu ext.*

Sulphuretum Arsenici Rubrum PHARMACOP. *Hispanicum.* .... REJALGAR.

ASPHALTUM. *Bitumem cujus naturam, Mumiam et Succinum permixta constituere dicitur, et Mari mortuo supernatans collectum.*

Asphaltum PHARMACOP. *Asiaticum.* ASFALTO.

AURIPIGMENTUM. Vid. ARSEN. RUBR.

AURUM..... *Metallum: Foliis redactum.*

Aurum PHARMACOP. *Americ. Hispanic.* ORO.

B

BARYTA. *Terra simplex, ex sulphate barytico extracta.*

Terra Barytica PHARMACOP. TIERRA PESADA.

BISMUTUM. *Metallum: limatum, aut tritum.*

Bismutum PHARMACOP. *Europ.* ... BISMUTO.

BITUMEN JUDAIC. Vide ASPHALTUM.

BOLUS ARMENICA. *Magnesia, alumina, silice, calce, et oxido Ferri constans.*

Oxidum Ferri Aluminosum Magnesianum PHARMACOP. *Hispanicum.* BOL ARMENICO.

BOLUS VULGARIS. *Varietas: laevigata.*

Oxidum Ferri Aluminosum Rubrum PHARMACOP. *Hispanicum, vulgare.* TIERRA ROXA.

BORAX. *Sal neutrum, acido boracico, et soda constans: solutum pulverissatum.*

Boras Sodae PHARMACOP. *Indicum Orientale, Saxon.* TINKAR, BORRAS MINER. CRYSOCOLA.

C

CALYBS. *Ferrum carbone fussum: limatum.*

Calybs PHARMACOP. *Artificialis.* . . . ACERO.

CALX. *Terra simplex: recens, et pulverissata.*

Calx Pura PHARMAC. *Hispanica.* CAL VIVA.

CERUSSA. *Plumbo, oxigeno, et acido carbonico constans. Usu externo.*

Carbonas Plumbi Albus PHARMACOP. *Artificialis.* . . . . ALBAYALDE.

CINNABARIS... *Sulphure, et Hydrargyro constans: pulverisatum, et lavatum.*
Sulphuretum Hydrargyri Nativum PHARMAC. *Hispanicum, Almaden...* CINABRIO NATIVO.
CINNABARIS FACTITIA..... *Varietas.*
Sulphuretum Hydrargyri PHARMACOP. *Artificialis.* BERMELLON. CINABRIO ARTIFICIAL.
CONCHAE. *Acido carbonico, glutine, et calce compositae, ex Vermis Testaceis* LINN.
Vide COCHLEAE, Zoologia, Clas. II.
CORALLIUM RUBRUM. *Acido carbonico, glutine, et calce constans: laevigatum.*
Habitaculum seu Stirps Isidis Novilis LINN. *Mare Mediterraneo.......* CORAL RUBIO.
CORALLIUM ALBUM. *Varietas: laevigat.*
Habitaculum Madreporae Oculatae LINN. *Mare Adriatico............* CORAL BLANCO.
Vide Zoologia, Clas. II.
CRETA ALBA... *Terra acido carbonico, et calce constans: laevigata, et lavata.*
Carbonas Calcis Vulgaris PHARMACOP. *Hispanicus.* CRETA BLANCA. BLANCO DE ESPAÑA.

N. B. Pro terra argillosa (*greda*) sumitur impropiae. Vide ARGILLA.

CRETA CINERICEA. *Varietas: usu externo.*

CRYSTALLUM MONTANUM. *Terra silicea crystallisata, seu silex purissimum: laevigatum et calcinatum.*

Terra Silicea crystallissata PHARMACOP. *Hispanic. vulgare.* CRISTAL MONTANO, Ó DE ROCA.

CUPRUM. . . . . *Metallum : limatum.*

Cuprum PHARMACOP. *Hispanicum.* . . COBRE.

E

ELECTRUM. Vide SUCCINUM.

F

FERRUM. *Metallum : limaturae splendentes.*

Ferrum PHARMACOP. *Hispanicum.* . . HIERRO.

G

GALENA. . . . *Sulphure et plumbo constans.*

Sulphuretum Plumbi Nativum PHARMACOP. *Hispanicum, vulgare.* . . . . GALENA.

GRANATI. *Lapides, silice, alumina, calce, et pauxilo Ferri compositi: laevigati.*

Lapides Granati MINERAL. *Indic.* GRANATES.

GYPSUM. *Acido sulphurico et calce constans: calcinatum, et pulverissatum: usu externo.*

Sulphas Calcis Calcinatum PHARMACOP. *Hispanicum vulgare.* . . . . YESO.

H

HAEMATITES. Vide LAPIS.

HYACINTHUS ORIENTALIS. *Lapis, alumina, silice, calce et Ferro constans: laevigatus.*

Hyacinthus Orientalis MINERALOGOR. *Asiaticus.* . . . . JACINTO ORIENTAL.

HYACINTHUS OCCIDENTALIS. *Varietas: laevigatus.* . . . JACINTO OCCIDENTAL.

HYDRARGYRUS. . . . . *Metallum liquidum: oxidatum, salificatum.*

Hydrargyrus PHARMACOP. *Hispanic.* AZOGUE.

K

KARAVE. Vide SUCCINUM.

KELIS CANCRORUM... *Acido carbonico, calce, et glutine compositi: laevigati.*

Vide Zoologia, Clas. II.

KOBALTUM. . . . . *Metallum.*

Kobaltum PHARMACOP. *Hispanicum.* KOBALTO.

L

LAPIDES PRETIOSI impropiè dicti.

Vide *Granatus*, *Hyacinthus Sapphyrus*, *Smaragdus*, *Rubinus*, *et Sardus*, *suis locis*. . . . . PIEDRAS PRECIOSAS.

LAPIS AETITES. *Oxido ferri et alumina constans: pulverissatus, usu externo.*

Oxidum Ferri Aluminosum PHARMACOP. *Hispanic.* PIEDRA DEL AGUILA, Ó ETITES.

LAPIS CALAMINARIS. *Oxigeno, acido carbonico, et Zinko constans, silice, et alumina coalitus: laevigatus, et lavatus, usu externo.*

Carbonas Zinkci Aluminosus PHARMACOP. *Hispan.* CALAMINA, Ó PIEDRA CALAMINAR.

LAPIS HAEMATITES. *Oxido ferri et alumina constans: laevigatus.*

Oxidum Ferri Aluminosum Sanguineum PHARMACOP. *Hisp. vulg.* PIEDRA HEMATITES.

LAPIS IGUANA. Vide Zoologia, Clas. II.

LAPIS JUDAICUS. *Acido carbonico, et calce, constans: pulverisatus.*

Carbonas Calcis Judaicus PHARMACOP. *Hispanicum, vulgare.* . . . . . PIEDRA JUDAICA.

LAPIS LAZULI. *Zeolitae species est: usta, et laevigata.*

Vide ZEOLITA.

LAPIS MAGNETICUS.... *Ferrum minimè oxidatum.*

Oxidum Ferri Magneticum PHARMACOP. *Hispanicum.* . . . . PIEDRA IMAN.

LAPIS PORCINUS. Vid. Zoologia, Clas. II.

LAPIS PUMEX. *Silice, alumina, Ferro, et manganesia constans: laevigatus.*

Pumex MINERALOG. *Hispanicus, ad confluentiam Germaniae.* . . . . PIEDRA POMEZ.

LYTHARGYRUS. *Plumbum oxidatum, igne ferè vitrificatum in Argenti cupelatione, pulverisatus usus externus.*

Oxidum Plumbi Semivitrificatum PHARMAC. *German. Suecic.* LITARGIRIO. ALMARTAGA.

M

MAGNESIA. . . . . *Terra simplex, pura.*

Magnesia Pura PHARMACOP. Vid. cap. XXXIX.

MAGNESIA COMMUNIS. *Magnesia, acido Carbonico saturata....* LECHE DE TIERRA.

Carbonas Magnesiae PHARMAC. Vid. cap. XXXIX.

MANGANESIA. . . *Manganesso, et oxigeno constans. Usu externo, pulverisatum.*

Oxidum Manganesi PHARMACOP. *Hispanicum vulgare. . . . .* MANGANESA.

MARGARITAE. *Acido Carbonico, calce, et glutine compositae: laevigatae.*

Vide UNIONES, Zoologia, Clas. II.

MARMOR. *Acido carbonico et calce constans.*

Carbonas Calcis Lapideus PHARMACOP. *Hispanicum, vulgare. . . . . .* MARMOL BLANCO.

MATER PERLARUM.... *Acido carbonico, calce, et glutine constans: laevigata.*

Vide Zoologia, Clas. II.

MERCURIUM. Vide HYDRARGYRUS.

MINIUM. *Plumbum igne ad maximum oxidatum: usus externus.*

Oxidum Plumbi Rubrum PHARMACOP. *Germanicum.* . . . . MINIO. AZARCON.

N

NITRUM. *Sal acido nitrico et potassa constans.*

Nitras Potassae PHARMACOP. *Hispanicum, vulgaris.* . . . . NITRO, Ó SALITRE.

O

OCULI CANCRORUM. *Lapilli acido carbonico, calce, et glutine compositi: laevigati.*

Vide Zoologia, Clas. II.

OLEUM PETRAE. Vide PETROLEUM.

P

PETROLEUM. *Oleum, bituminosum, è petris, Saxis, et Montibus scaturiens.*

Oleum Minerale, seu Petrae MINERALOG. *Italicum.* . . . . PETROLEO.

PLUMBAGINA (impropie). *Oxidum Ferri Carbone combinatum: usu externo.*

Carburetum Ferri PHARMACOP. . . . *Hispanicum, vulgare.* . . GRAFITO. PLOMBAGINA.

PLUMBUM. *Metallum: oxidatum, salificatum.*

Plumbum PHARMACOP. *Hispanicum.* PLOMO.

PLUMBUM USTUM.... *Plumbum sulphure combinatum: laevigatum.*

Sulphuretum Plumbi Artificialis PHARMACOP. Vide cap. XLV. . . . . PLOMO QUEMADO.

PYRITAE. . . *Ferro et sulphure compositae.*

Sulphuretum Ferri PHARMACOP. . . . *Hispanicum, vulgare.* . . . . . PIRITAS DE HIERRO.

R

REGULUM ANTIMONII..... *Metallum.*
Antimonium Purum PHARMACOP... *Hispanicum*.......... REGULO DE ANTIMONIO.

REGULUM ARSENICI. ..... *Metallum.*
Arsenicum Purum PHARMACOP.... *Hispanicum*............REGULO DE ARSENICO.

RUBINUS. *Lapis alumina, silice, calce, et Cromo compositus.*
Rubinus MINERALOG. *Indicus Orientalis: laevigatus*................ RUBÍ ORIENTAL.

S

SAL ARMONIACUM. *Sal acido muriatico, et ammoniaco constans: pulverisatus, solutus.*
Murias Ammoniaci PHARMACOP. *Ægyptiacus, artificialis*......... SAL ARMONIACO.

SAL CATHARTICUS... *Sal acido sulphurico, et magnesia constans: solutus, pulverisat.*
Sulphas Magnesiae PHARMACOP. *Hispanicus, vulgaris.* SAL CATARTICA, Ó DE LA HIGUERA.

SAL COMMUNIS. *Sal acido muriatico, et soda constans : solutus, pulverisatus.*

Murias Sodae PHARMACOP. *Ex evaporatione aquae marinae.* . . . . SAL COMUN.

SAL GEMMA. *Sal acido muriatico, et soda constans: solutus, pulverisatus.*

Murias Sodae Fosilis PHARMACOP. *Hispanicus.* SAL GEMA, SAL FOSIL, SAL DE COMPAS.

SAPHYRUS. *Lapis splendens, alumina, silice, calce, et Ferro constans.*

Saphyrus MINERALOGOR. . . . *Indicus Orientalis.* . . . . ZAFIRO ORIENTAL.

SMARAGDUS. *Lapis alumina, silice, calce, et Cromo crystallisatis constans : laevigatus.*

Smaragdus, *seu* Lapis Smaragdinus MINERALOGOR. *Indicus.* . . . . ESMERALDA.

SPONGIA. . . . . *Integra, usta.*

Habitaculum Polyporum. Vide VALM. DE BOMAR. Dicc. Hist. Natur. . . . . ESPONJA.

STANNUM. . . . . *Metallum : limatum.*

Stannum PHARMAC. *Hispan. Anglic.* ESTAÑO.

SUCCINUM. . . . . *Bitumen.*

Succinum Pharmacop. *Hispanicum.* SUCINO.

SULPHUR. *Materia inflamabilis sui generis: sublimatum, pulverisatum.*

Sulphur Pharmac. *Hisp.* AZUFRE. ALCRIBITE.

T

TERRA ARGILLOSA. Vide ARGILLA.

TERRA BARYTICA. Vide BARYTA.

TERRA JAPONICA.

Vide CATECHU, Phitologia, Clas. I.

TERRA LEMNIA. *Species est terrae Sigillatae.* . . . . TIERRA DE LEMNOS.

TERRA SIGILLATA. *Terra pinguis, ex silice, et alumina constans: pulverisata.*

Carbonas Aluminae Pharmacop. . . . . *Italicus, Hispanicus.* . . . . . TIERRA SELLADA.

TERRA NOCHERA. . . . . *Varietas.*

TERRA MERITA.

Vide CURCUMA. Phitologia, Clas. I.

TINKAR. Vide BORAX.

TOPAZIUM. *Lapis splendens, alumina, silice, calce, et Ferro constans: laevigatus.*

Topazium MINERALOGOR. . . *Indicus, Orientalis.* . . . . TOPACIO ORIENTAL.

TUTIA. *Zinkcum, dum funditur oxigenatum, sublimatumque, et ope ignis semivitrificatum.*

Oxidum Zinkci sublimatum, et semivitrificatum PHARMACOP. *Germanic.* . . . TUTIA.

V

VIRIDE AERIS. *Cupri oxido, et acetate Cupri constans: pulverisatus.*

Oxidum Cupri Acetatum. *Monspelliense, artificiale.* . . . . CARDENILLO.

VITRIOLUM ALBUM. *Sal acido sulphurico, et oxido Zinkci constans: solutus, et pulverisat.*

Sulphas Zinkci Nativus PHARMACOP. *Italicus, artificialis.* . . . . VITRIOLO BLANCO.

VITRIOLUM COERULEUM. . . *Sal acido sulphurico, et oxido cupri constans: solutus.*

Sulphas Cupri PHARMACOP... *Indicus, Italicus.* . . . . . VITRIOLO AZUL, PIEDRA LÍPIZ.

VITRIOLUM VIRIDE. *Sal acido sulphurico, et oxido Ferri constans: solutus, et pulver.* Sulphas Ferri Nativus PHARMACOP. *Hispanicus, vulg.* VITRIOLO VERDE, Ó CAPARROSA.

U

UNICORNU FOSILE, seu EBUR FOSILE Ossa indurata, seu mineralizata, *nobis incertum: pulverisatum.* . . . . MARFIL FÓSIL.

UNIONES. . . . . *Notissimae.* Vide Zoologia, Clas. II. . . . . PERLAS.

Z

ZINKCUM. *Metallum: limatum, oxidatum,* Zinkcum MINERALOGOR. *Hispanicum.* ZINK.

ZEOLITA. *Lapis silice, alumina, calce, et Ferro constans: pulverisatus.*

Zeolita MINERALOGOR. . . . . *Indiae Orientalis.* . . . . ZEOLITA.

CAPUT II.

PONDERA, ET MENSURAE EORUMQUE CHARACTERES.

PONDERA.

℔j. LIBRA...... *constat* Unciis duodecim.
℥j. UNCIA. . . . . Drachmis octo.
ʒj. DRACHMA. . . . . . Scrupulis tribus.
℈j. SCRUPULUS. . . . . Granis viginti quatuor.
Sil. SILIQUA. . . . . Granis quatuor.
Ob. OBULUS. . . . . Granis duodecim.
gr. GRANUM quod aequat pondus grani hordei modicè crassi.

MENSURAE.

Hae eisdem nominibus, quibus Pondera, donantur, et quamvis capacitate variant pro diversa Fluidorum gravitate specifica, ad trutinam singulae ita revocatae sunt, ut quantitas Aquarum, Decoctorum, Oleorum, et Syruporum, quae omnia Mensuris inter se

capacitate distinctis metiri apud nos usu receptum est, Ponderibus exacte respondeant.

Cong. CONGIUS habet libras octo.

Q..... MENSURAE QUADRANS uncias sexdecim continet.

Cochl. COCHLEARE unciam ferè dimidiam, vel tres drachmas liquoris continet.

Gut. GUTTA minima est quae haberi potest liquoris per intervalla stilantis portiuncula.

Gutta liquidorum Grano Solidorum ferè respondet.

SESQUILIBRA, libra una et semis.

SESQUIUNCIA, uncia una et semis.

SESQUIDRACHMA, drachma una et semis.

N. NUMERUS, 1, 2, 3, &c. utuntur à Medicis quando numerant aliqua, ut Fructus, Viperas, Scorpiones, et similia.

P. PUGILLUS quidquid digitorum apicibus comprehendi potest.

M. MANIPULUS, quidquid manus apprehendit quantum fieri potest dilatata.

F. FASCICULUS Manipulis duodecim constat.

SS. SEMIS medietatem cujusque ponderis significat, ut ℔ss. ℥ss. &c.

ἀὰ. ANA, VOX à Graecis sumpta, singulorum rerum prius enuntiatarum aequale pondus in schedulis sumendum esse ostendit; idest quantum de uno medicamento accipitur, tantum de singulis est accipiendum.

P. Æ. PARTES AEQUALES, in quibusdam schedulis ubi quantitatem non est necesse praescribere, dicitur omnium partes sumendas aequales, ut in praeparatione Carbonatis Magnesiae uti solet.

PP. Idest PRAEPARATUM...... } Dicitur
S. A. Idest SECUNDUM ARTEM. } Dicitur
Q. S. Idest QUOD SUFFICIAT... } Dicitur

cum Pharmacopaeo modus componendi aut ponderandi, vel mensurandi juxta Pharmaciae regulas committitur.

Q. V. Idest QUANTUM VIS: Cum Pharmacopaei arbitrio pondus vel mensura reliquitur.

V. M. Idest BALNEUM MARIAE, seu AQUOSUM.

B. V. Idest BALNEUM VAPORIS.

N. B. 1.° In compositionibus Minsicthi libra continet uncias sexdecim, similisque est libra D. Fuller.

2.° Caracteres ponderum et mensurarum, licet à praxi medica rejecti fuerunt in prioribus editionibus Pharmacopoeae Hispanae, et non sine utilitate, nos autem cum à Medicis hodiè nunc praescribantur, hinc inserere necesse visum fuit, ut Tyrones in compositionibus non dubitare queant.

3.° Fasciculus, Manipulus, et pugillus mensurae sunt vagae, et erroribus obnoxiae, quia portionem vel quantitatem praecisè non significant, ob diversam raritatem, aut soliditatem rerum mensurabilium; cujus rei gratia, et ut Pharmaceutici certè in dispensatione schedularum, partiri vel metiri possint, sic has mensuras regulamus.

FASCICULUS, libris duabus..	*Respondet pro termino medio.*
MANIPULUS, unciis duabus..	
PUGILLUS, dimidia uncia...	

CAPUT III.

PRAEPARATA SIMPLICIORA.

Adipes, axungiae, et medullae praeparatae.

Adipem à pelliculis, et partibus carnosis separa; minutim concide; cum pauxillo Aquae igne liqua; humiditatem vapora: cola, et refrigeratam serva ad usum.

Aloe purificatum.

℞. Aloes Q. V. Si fortè minus pura fuerit, dissolve in Aquae purae sufficienti quantitate. Digere, cola cum expressione, in vase fictili vitreato vapora, et sub finem in Balneo aquoso ad humiditatis consumptionem inspissa. Dein è vase extractam, pauxillo Alkoholis vini, antequam reponatur, ne mucescat, irrora.

Dosis à scrupulo ad drachmam.

Simili modo purificantur cetera Extracta aquosa, sive Succi vegetabiles inspissati.

Sulphas aluminis exiccatum.

(*Alumen Calcinatum.*)

℞. Sulphatis Aluminae crystallini. Q. V.

Humiditatem in vase figulino non vitreato tamdiù igne subjecto, vapora, dum ampullas emittat; post refrigerationem pulvera subtiliter, et ad usum serva.

Usus externus.

Aselli praeparati.

℞. Asellos vivos. Vino albo suffocatos ablue, exsicca lenissimo calore, et serva.

Dosis à semidrachma ad drachmam.

Cornu cervi pulveratum.

℞. Cornu Cervi, vel Damae Q. V.

Scobina derade. Scobem in pulverem redige, per setaceum subtilem trajice, et ad usum repone.

Cornu Cervi ustum.

(C. C. *Calcinatio.*)

℞. Cornu Cervi, seu Damae in frustrula Q. V.

Inde in vas figulinum patulum, et foraminulis pertusum, atque in fornace ure igne aperto ad albedinem; deinde pulvera, aqua superaspersa laeviga, in trochiscos redige, exsicca, et usui serva.

Gummi ammoniacum purificatum.

℞. Gummi Ammoniaci in frustula. Q. V.

Misce igne leni Vini albi, aut Aceti, seu potius Aquae purae sufficienti quantitati, spathula continentèr agitando. Liquorem lactescentem pluriès cola per setaceum. Vapora Balneo aquoso ad extracti mollis consistentiam.

Dosis à semidrachma ad drachmam.

Simili modo purificantur.

Galbanum,
Sagapenum,
Opoponax,
Bdelium, *&c.*

Conche perlarum laevigatae.

(*Matris Perlarum Praeparatio.*)

℞. Matris perlarum Conchas. Probè mundatas subtilissimè pulvera: et aqua calente pluries ablue. Decantata aqua supra porphyritem, aut lapidem durum expolitum, non calcareum, in pultem tenuissimam, addendo, quoties opus fuerit, aquae pauxillum, laeviga, quousque dentibus applicata non strideat. Tunc trochiscos effinge in umbra siccandos.

Simili modo praeparantur

Corallia,
Cetera testacea,
Succinum,
Oxidum Zinkci semivitrificatum.
Carbonas Zinkci aluminosi, *et similia*.

Nitras potassae crystallizatum, seu purificatum.

℞. Nitratis potassae communis libras octo,
Carbonatis Potassae unciam semis.

Solve in Aquae calidae libris viginti. Filtratum Liquorem vapora ad pelliculam, et repone in loco frigido, ut concrescant crystalli. Liquorem decanta, et evaporationes, crystallizationesque repete, quamdiù crystallos purissimas, et prismaticas exhibeat.

Tartris acidulus potassae purus.

(*Tartari Purificatio* seù *Cremor Tartari.*)

Vide SALIA, Cap. XXXVIII.

Sulphas aluminae purificatus.

℞. Sulphatis Aluminae nativi. Q. V.
Aquae communis. S. Q.

Solve, et filtra; postea in vase fictili vitreato vapora ad pelliculam, in loco frigido repone ut concrescant crystalli. Liquorem decanta, evaporationesque repete donec crystallos candidas, et splendentes non obtineas.

In quibusdam mixturis usurpatur internè, et purificatus in officinis asservari debet.

Dosis ad scrupulum.

Sic praeparantur

Murias Sodae.

Murias ammoniaci.

Sulphas Zinkci.

Sulphas Cupri, et similia.

SULPHAS MAGNESIAE PURIFICATUS.

(*Salis Cathartici purificatio.*)

℞. Sulphatis Magnesiae partes duas.
Aquae purae fontanae partes quatuor.

Misce, et solve in vase cupri bene stannato, igne lento; solutionem adhùc calentem filtra, et repone loco frigido in vase fictili vitreato, ut concrescant crystalli; liquorem decanta, et evaporationes crystallizationesque repete, donec crystallos omnes obtinueris.

Dosis ad unciam unam.

Sic praeparantur

Sulphas sodae.

Borax sodae, &c.

Sulphas magnesiae exsiccatus.

(*Salis Cathartici Calcinatio.*)

℞. Sulphatis Magnesiae Q. V.

Mitte in ollam figulinam non vitreatam, et procede uti in sulphatis aluminae exsiccatione diximus.

Sulphas ferri praeparatus.

℞. Sulphatis ferri nativi... } ana partes aequales.
Limaturae Ferri nitidae et splendentis...... }
Aquae fontis sextuplum.

Coque igne lento in vase ferreo, per semihoram, decanta et filtra, et procede ut in aliis; in umbra crystallos sicca, et vase obturato, et opaco serva. Licet purus et cupro spolliatus hic sal censetur, internè tamen usurpari non debet; sed in usu externo tutè operari videtur, ideoque pro *chalcitide* ad Electuarium Theriacalem Magnum praesertim sumendum.

Sulphas ferri exsiccatus.

(*Vitrioli Martis Calcinatio.*)

℞. Sulphatis Ferri Nativi praeparati Q. V.

In vase terreo non vitreato igne moderato humiditatem vapora, donec in massam cineream redigatur, tuncque *Sulphas Ferri ad albedinem exsiccatus*, vulgò *Chalcitis*, vocatur: at si, ignem urgendo, colorem rubrum eidem massae conciliaveris, *Colcothar* artificiale dicitur, seu *Oxidum Ferri rubrum artificiale* nomine recentiori:

Pro Electuario Theriacali Magno usurpatur.

Murias sodae exsiccatus.

(*Salis communis Decrepitatio.*)

℞. Muriatis sodae communis. Q. V.

Immitte in patinam fictilem non vitreatam: supra ignem levitèr coopertam colloca: et spathula lignea tamdiù agita, quoad effractae crystalli, humiditate crystallizationis amissa, non amplius cum crepitu dissiliant.

Scylla exsiccata.

℞. Squamarum Radicis Scyllae Q. V.

Externo cortice, et meditullio ablatis, filo per intervalla nodis interstincto trajice, radiis solaribus expone, vel transversim in frustula sectas, ignis lenissimo calore exsicca.

Dosis ad granum.

Serum lactis praeparatum.

℞. Lactis recenter mulcti Q. V.

Misce cum pauxillo floris Cynarae Cardunculi (*vulgo flor de Cardo con su vilano*), aut cujusvis Acidi vegetabilis, supra lenem ignem in vase fictili vitreato, ut Lac coëat. Coagulum in manicam immitte, ut serum stillet, quod semel, et iterum trajicies.

Serum lactis clarificatum.

℞. Seri Lactis ritè extracti libram unam.
Tartritis aciduli potassae purissimi, et pulverati scrupulum semis.

Cum Ovi albumine agita, et inter ebulli-

tionem addendo Sero ebullienti pauxillum Seri ipsius non calefacti. Cola per manicam, et si colatura non fuerit adhùc perfectè limpida, Serum penitùs refrigeratum denuo trajice.

Sulphur purificatum.

(*Flores Sulphuris.*)

℞. Sulphuris quantum volueris.

Tere, mitte in ollam fictilem colli longioris, et capitello vitreo cum rostro instructam. Sublima, identidem capitellum renova, et Flores collige, donec tota Sulphuris quantitas, relictis in fundo foecibus, florum formâ ascenderit.

Dosis à semiscrupulo ad semidrachmam.

Viperae praeparatae.

Viperae forcipe apprehensae, caput, caudamque abscinde: eam excoria, et exentera, atque, pinguedine ad alios usus seposita, truncum adhibe ad juscula, aut in aëre, umbraque exsicca, et in vase clauso, loco sicco, repone.

Eodem modo praeparantur
Angues pro Jusculis.

Colocynthis praeparata.

℞. Pomorum Colocynthis minutim concissarum, absque seminibus, et à pedunculis mundatarum uncias quatuor,
Gummi Tragacanthi drachmas duas,
Vini Albi generosi Q. S.

Fiat pasta in mortario lapideo, ex qua formentur tabellae in umbra siccandae. Postea in pulverem redige, et cum Vino fiant iterum tabellae ut antea, quae siccentur, iterumque trochiscentur.

Dosis ad grana quatuor, vel sex, in pulvere subtilissimo sumenda.

Agaricum praeparatum.

℞. Agarici Albissimi et laevis Q. V.

Radula minutissimè committatur, et cum Vini Albi optimi S. Q. fiat massa in mortario lapideo, quae exsiccata, iterumque est tro-

chiscanda, et in umbra siccanda ad usum.

Dosis ad drachmam unam in pulvere, ad drachmas quinque in infusione.

Œsypus praeparatus.

℞. Œsypi impuri Q. V.

Coque in aquae sufficienti quantitate ut fiat liquamentum, seu puls liquida; cola per setaceum, spathula lignea agitando, et exprimendo, vapora ad extracti mollis consistentiam, et serva ad usum.

Usus externus.

Terebinthina cocta.

℞. Terebinthinae Abietis Q. V.

Coque in quadruplo aquae communis ad consistentiam emplastricam, ut fiat massa pillularis. ad usum servanda.

Dosis ad drachmas duas.

Medulla praeparata.

℞. Medullae Cruris Vacini Q. V.

Minutim incissa, macera in aqua frigida per horas vigintiquatuor, quotidiè malaxando, et aquam multoties renovando; postea igne lento in vase aeneo benè stannato liqua, et ad humiditatis consumptionem coque; cola, et refrigerata, serva ad usum.

Usus externus.

Sic praeparantur.

Reliquae Medullae.

Sevum hircinum.

Axungia Gallinae, et Similium, demptis priùs pelliculis, et partibus carnosis.

Ladanum purificatum.

℞. Ladani, seù Resinae Cysti impurae, Quot volueris.

In frustula redige, et in quantitate aquae ferventis immitte donec mollescat, et quasi massam emplastricam liquidam appareat; postea fortitèr agita, et dum fervet, per setaceum trajice, spathula lignea movendo, manibusque comprimendo. Post refrigerationem re-

sina aqua supernatans, malaxa, et in cylindros, seù in massam serva.

Usus externus.

Fellis praeparatus.

℞. Liquoris Fellis Tauri, vel cujusque animalis recentèr extracti Q. V.

Cola per linteum, vapora igne lento vase vitreo, balneo arenae, ad consistentiam mellis inspissati, in vase vitreo serva, et repone ad usum.

Usus externus.

Spongia praeparata.

℞. Spongiae levissimae et finissimae in fragmentos longitudinales disectae Q. V.

Multoties aqua ablue continuè malaxando, ut omnes impuritates exsudet, et aqua limpida evadat: postea fortitèr exprime, et dum sicca ferè appareat, in albuminibus ovorum immerge, continuè malaxando, donec eorum cavitates repleantur; postea manibus exprime,

et cum filo cannabino fortitèr circulatum quodque fragmentum, fiant cylindri, seu bacilli, qui siccentur ad usum.

Spongia usta.

℞. Spongiae finissimae, lotae, et à particulis terreis spoliatae Q. V.

Incide frustulatim, et in vase terreo non vitreato benè cooperto, foraminulo in parte superiori patulo, calcina igne lento, gradatim augendo per sesquihoram; post refrigerationem vasis apertis, spongiam, seu potiùs carbonem nigerrimum, rarum et laevem pulverisa subtilitèr, et serva ad usum.

Usus externus.

Simili modo praeparantur.

Spodium seu Ebur ustum.

Pili, et similes carbones.

Rhabarbarum tostum.

℞. Rhabarbari electi pulverati Q. V.

Mitte in patinam ferream; impone igni

moderato, continuò spathula movendo ne comburatur, donec fuscum colorem adquisiverit. Serva ad usum.

Simili modo torrefiunt.

Myrobalani et similia.

Oxidum cupri acetatum praeparatum.

(*Viridis Æris pulveratio.*)

℞. Oxidi Cupri acetati Q. V.

Contunde in mortario aeneo, et trajice per setaceum donec omne transierit, et materies lignosa, et impura restet; pulvis in porphyro sine aqua laeviga, usque subtilissimus, et impalpabilis redigatur.

Usus externus.

Oxidum ferri aluminosum praeparatum.

(*Boli Armenici laevigatio.*)

℞. Oxidi Ferri Aluminosi Q. V.

Calcina igne validiori in vase figulino, non vitreato per semihoram, in pulverem redige, et in porphyro aqua mediante laeviga,

usque dentibus non strideat; postea in trochiscos sicca, et in vase vitreo serva.

Sic praeparatur

Oxidum Ferri Aluminosum Sanguineum.

Dosis ad drachmam.

Sulphuretum mercurii praeparatum.

(Cinnabaris nativae laevigatio.)

℞. Sulphureti Mercurii Nativi Q. V.

In mortario lapideo pulvera, per setaceum trajice, et in aceto distillato macera per aliquot dies, agitando materiem per intervalla; postea acetum per inclinationem separatum, pulvis aqua pura multoties dulcora, laeviga in porphyro, sicca in umbra, et vase vitreo ad usum serva.

Dosis ad drachmam.

Sic praeparatur

Sulphuretum Antimonii nativi.

Carbonas plumbi albus praeparatus.

(*Cerussae laevigatio.*)

℞. Carbonatis Plumbi Albi Q. V.

In pulverem subtilissimum redige, aqua fontis dilue, et post brevissimam subsidentiam, aquam adhùc turbidam et albicantem decanta, et rejice, quod repetes usque addita nova aquae quantitas statim clarefiat, et oxidum plumbi nulla carbonatis calcis particula contineat; postea aquam per decantationem separa, in umbra sicca, et repone ad usum.

Usus externus.

N. B. Si Carbonas Plumbi est ponderosus, insipidus, purus, tenerrimus, et albissimus, colorem coeruleum longè aemulans, haùd praeparatione indiget.

Hic subjiciuntur correctiones.

Acidi Nitrici adulterati.

Sulphurici nigri.

Muriatici crocei.

de quibus suis locis satis agemus.

Vide Acida, Cap. XXXVI.

CAPUT IV.

PULVERES

Pulvis sanguinis draconis dentifricus.

(*Dentifricium siccum.*)

℞. Tartritis aciduli Potassae purificati, } ana unciam semis,
Sanguinis draconis, }
Cornu Cervi usti. . . . . }
Radicis Iridis Florentinae drachmas duas.
Subtilissimè pulveratis adde
Pulveris Caryophyllorum drachmam unam,
Coccinellae scrupulum semis.

Pulvis radicis hypecacuanae opiatus.

(*Pulvis Doveri.*)

℞. Sulphatis Potassae unciam unam,
Nitratis Potassae unciam unam, et semis,
Radicis Hypecacuanae pulverisatae, } ana drachmas duas.
Opii puri exsiccati. . . . }

Misce, et in pulverem probè redige.

In singulis scrupulis continet Opii *grana duo.*

Dosis ad scrupulum.

Pulvis fumigatorius ad contagia.

℞. Foliorum, et baccarum Juniperi contusarum,
Spicarum Tritici,
Rasurae Guajaci . . . . } ana libras sex,
Nitratis Potassae communis libras octo,
Sulphuris mediocriter pulverati libras sex,
Myrrhae libras duas.

In pulverem crassiorem seorsim redige, misce, et serva ad usum.

Pulvis odoriferus ad contagia.

℞. Radicis Calami aromatici libras tres,
Thuris crassè contusi libram unam,
Styracis. . . . .
Florum Rosarum pallidarum. . . . . } ana libram semis,
Succini libram unam.

Picis nigrae libram unam,
Nitratis Potassae communis, } ana uncias quatuor.
Sulphuris. . . . . }

Misce, et in pulverem crassiorem redige.

Pulvis jalappae compositus
(*loco Pulveris D. Marci Cornachini.*)

℞. Radicis Jalappae. . . . . }
Tartritis aciduli potassae purificati, } ana partes aequales.
Magnesiae purae. . . . . }

Tere simul diutissimè, ut permisceantur, et redigantur in pulverem subtilissimum.

Dosis à drachma ad sesquidrachmam.

Pulvis nuccum cupressi restrictivus.

℞. Oxidi Ferri Aluminosi rubri drachmas duas,
Radicis Bistortae. . . . . . }
Rosarum Rubrarum, }
Baccarum Myrti, } ana unciam unam.
Fructuum Cupressi. . . . }

Sulphatis Zinckci. . . . . . } ana unciam unam.
Thuris. . . . . }

Fiat omnium pulvis subtilissimus.

Usus externus.

PULVIS SCAMONII ANTIMONIALIS.

(*Cornachinus.*)

℞. Succi optimi Scamonii exsiccati, }
Oxidi Antimonii Albi Usualis, } ana partes aequales.
Tartritis aciduli Potassae. . . . . }

Seorsim pulverata, misce S. A.

Dosis ad drachmam.

PULVIS SCAMONII CATHOLICUS.

℞. Succi optimi Scamonii exsiccati semiunciam,
Radicis Mechoacannae, } ana drachmas sex,
Jalappae. . . . . . }
Tartritis potassae drachmas tres.

Seorsim pulverata, misceantur omnia et serventur ad usum.

Dosis ad scrupulos duos.

Pulvis radicis paeoniae compositus.

(*De Gutteta.*)

℞. Radicis Paeoniae unciam unam et semis,

Contrayerbae. . . } ana dracmas sex,
Ligni Visci Quercini. . . }

Rasurae Eboris. . . . . }
Cornu Cervi, }
Vingulae Alcis, }
Cranii Hominis inhumati, } ana drachmam unam et semis.
Coralli Rubri, }
Lapidum Hyacinthorum, }
Bezoar Occidentalis }

Fiat omnium pulvis subtilissimus S. A.

Dosis ad drachmam unam.

N. B. Pro pulveribus Imperialibus, Epilepticis, Cachecticis, Paeoniae Marchionis, et è Kelis Cancrorum deservire possunt.

Pulvis corticis kinnae antisepticus,

(*Bezoardicus Curli.*)

℞. Radicis Contrayerbae drachmas duas,

Radicis Carlinae. . . . . Tormentilae, Dictamni Albi, Florum Papaveris Rubri, Foliorum Scordii, Cardui Sancti.	singulorum drachmas duas,
Oxidi Antimonii Albi Usualis. Margaritarum praeparatarum, Rasurae Cornu Cervi, Oculorum Cancrorum praeparatorum, Lapidis Cananor, Bezoar Occidentalis, Cordialis de Goa. . . .	ana drachm. unam.

Corticis Kinnae optimae Peruanae uncias duas.

Fiat Pulvis subtilissimus S. A.

Dosis ad drachmam per horas reiteranda.

PULVIS OXIDI MANGANESI AD CONTAGIA.

(*Fumigatorius ad contagia.*)

℞. Oxidi Manganesi partes quatuor,

Sulphatis Ferri Nativi... }
Muriatis Sodae. . . . . } ana partes duas,

Carbonis communis exsiccati partem unam.

Seorsim pulverata misceantur omnia, et igni forti cochleatim injiciantur in cubiculo clauso, ut gas muriaticum oxigenatum eliciens miasmata corrigat; postea aëri libero exponatur: totiesque repetatur fumigatio, quoties necesse fuerit.

CAPUT V.

INFUSA AQUOSA.

Infusum rosarum solutivum.

℞. Petalorum Rosarum Pallidarum, à calycibus scilicet mundatorum, et staminibus, pistillisque per cribrum rejectis, libras sex.

Aquae purae bullientis libras duodecim.

Infunde per horas octo in vase fictili vitreato. Liquorem colatum, expressum, et defoecatum, superaffuso Olei olivarum pauxillo, in lagenis vitreis angustioris colli serva pro

Syrupo Rosarum, si fortè illum ex tempore conficere tenearis.

Simili modo parantur infusa.

Petalorum Florum Mali Persici.
Rosarum Rubrarum.
Paeoniae et similium.

N. B. Hic subjiciuntur infusa Alkoolica Vinosa, et Acetosa, de quibus sub nomine generico TINCTURAE ALKOOLICAE, VINA, ET ACETA MEDICATA singulatìm agemus.

CAPUT VI.

VINA MEDICATA.

VINUM ABSYNTHII.

℞. Summitatum Absinthii siccarum, et incisarum uncias duas,
Vini albi optimi libras quatuor.
Infunde per biduum, et filtra.
Dosis ab uncia ad uncias quatuor.

Ita fiunt Vina Medicata ex aliis vegetabilibus.

VINUM NUCCUM CUPRESSI COMPOSITUM.

(*Stypticum*).

℞. Fructuum Cupressi viridium unciam unam, et semis,

Corticis Granatorum..... }
Foliorum Rorismarini, }
Myrti, }
Florum Rosarum Rubrarum siccarum, } ana unciam semis.
Balaustiorum.......... }

Contusa digere mediocri igne per bihorium in Vini rubri optimi libris duabus. Cola cum expressione.

VINUM ANTIMONIALE.

Vide Praeparata Antimonii.

VINUM OXIDI ANTIMONII.

Vide Praeparata Antimonii.

VINUM TEMPERATUM HOFFMANI.

Vide Tinctura Vinosa Extractorum Hoffmani.

VINUM OPIATUM SYDENHAMI.

Vide Tinctura Vinosa Opii Sydenhami.

VINUM TARTRITIS POTASSAE ET FERRI.

Vide Tinctura Vinosa Tartritis Potassae et Ferri.

CAPUT VII.

ACETA MEDICATA.

ACETUM CAMPHORAE ANTISEPTICUM.

(*Quatuor Latronum.*)

℞. Summitatum siccarum
Absinthii,
Rorismarini,
Salviae,
Menthae,
Rutae. . . . . } ana unciam unam, et semis.

Florum Lavendulae siccatorum uncias duas,
Alliorum drachmas duas,

Piperis Tabasci unciam unam,
Aceti optimi libras octo.

Digere calore solis, vel igne arenae in matracio obturato per duodecim dies. Cola, fortiter exprime, et filtra: tunc adde
Camphorae Spiritu vini solutae semiunciam.

ACETUM CYPERIS LONGI AROMATICUM.
(*Hispalense.*)

℞. Radicis Cyperi longi libras duas,
Florum Rosarum Rubrarum uncias novem,
Summitatum Rorismarini }
Thymi, } ana unciam unam et semis,
Lavendulae }
Seminum Meliloti contusorum libram unam, et semis,
Piperis Tabasci uncias duas,
Benzoini unciam semis.

Incisa, et contusa infunde in Aceti optimi libris decem. Digere, distilla ex retorta vitrea libras octo, et vase rite clauso serva.

Acetum rosarum.

℞. Petalorum Rosarum Rubrarum exungulatorum, et siccorum libram unam,
Aceti vini albi optimi libras octo.

Insola in vase leviter obturato per aliquot dies, vel si mavis, in balneo aquoso spatio aliquot horarum: cola sine expressione, et adde, ne muscecat, Alkoholis Vini uncias duas.

Simili modo parantur Aceta
Ex *Dracunculo hortensi, et*
Ex *Herbis, et Floribus, aut*
Ex *Summitatibus Herbarum.*

Acetum scylliticum.

℞. Laminarum Scyllae recens exsiccatarum, et in frustula incisarum libram unam,
Aceti optimi libras sex.

Immissa in vas vitreum obturatum digere leni calore per viginti quatuor horas. Liquorem exprime, à foecibus per subsidentiam separatum decanta, et adde Alkoholis Vini uncias tres. Repone in vase vitrio, leviter clau-

so, per quindecim dies pro conficiendo Oxymelle Scyllitico.

Dosis à semuncia ad uncias tres.

ACETUM COLCHICUM.

℞. Bulborum recentium Colchici Autumnalis uncias sex,
Aceti Albi optimi libras sex.

Infunde, cola, et repone ut in aceto Scyllitico diximus.

Pro oxymelle colchico conficiendo praesertim deservit.

ACETUM FERRI.

Vide Acetas Ferri in praeparatis Ferri. Cap. XL.

ACETUM PLUMBI.

Vide Acetas Plumbi in praeparatis Plumbi. Cap. XLV.

CAPUT VIII.

DECOCTA.

Decoctum cornu cervi usti gummosum.

(*Decoctum Album.*)

℞. Cornu Cervi usti, et laevigati drachmas duas,
Gummi Arabici, seu Prunorum pulverati, } singulorum unciam semis,
Sacchari albi. . . . . . . }
Aquae purae libram unam, et semis.
Coque, assidue agitando, ad libram unam.
Trajice per setaceum.
Dosis ab unciis duabus ad uncias quatuor, aut plures, saepius iteranda.

Decoctum cornu cervi usti gummosum tenuius.

(*Decoctum Album Tenuius.*)

℞. Cornu Cervi usti, et laevigati unciam semis,
Gummi Arabici, seu Gummi Prunorum unciam unam,

Sacchari uncias duas,
Aquae purae libras quatuor.
Coque leviter, et cola.

DECOCTUM CORNU CERVI SYDENHAMI.

℞. Cornu Cervi Calcinati, et laevig. semunciam,
Miccae panis albissimi uncias duas,
Aquae communis libras sex.

Coque leviter, cola, et dulcora cum Syrupi simplicis unciis quatuor; postea adde, si libuerit

Aquae Naphae, vel Cinnamomi hordeatae drachmas duas.

Dosis ab uncias quatuor.

DECOCTUM CHAMAEDRYS AMARUM.

℞. Summitatum Chamedryos unciam semis,
Absinthii. . . . . . } ana drachmas duas,
Centauri minoris }
Aquae purae libras quatuor.

Coque ad dimidias, addendo sub finem coctionis

Florum Chamaemeli drachmas duas,
Sennae Hispanicae unciam unam, et semis.
Cola ad usum.

Nonnunquam sine purgante praescribitur.
Dosis ab unciis quatuor ad sex.

Decoctum foliorum verbasci anodynum.
(*Fotus Anodynus.*)

℞. Foliorum Verbasci } ana unciam unam et sem.
Malvae.. }
Seminum Lini uncias duas,
Capsularum (*Capitum*) Papaveris albi drachmam unam,
Aquae libras quatuor.

Coque per quadrantem horae, et sine colatura ad usum porrige.

Decoctum quinnae antisepticum.

℞. Radicis Viperinae in taleolas sectae unciam unam,
Seminum Citri contusorum drachmas duas.

Coque in Aquae purae libris sex ad li-

bras quatuor. Decocto colato, et calenti infunde in vase clauso per quadrihorium

Corticis Peruviani crassiusculè pulverati uncias duas,

Radicis Contrayerbae tritae unciam unam.

Iterum cola, et adde

Mellis (*Rob*) Sambuci uncias tres.

Dosis ab unciis duabus ad uncias quatuor.

Decoctum quinnae antisepticum purgans.

℞. Radicis Viperinae in taleolas sectae unc. unam,
Seminum Citri contusorum drachmas duas.

Coque in Aquae purae libris sex ad libras quatuor, addendo sub finem

Foliorum Sennae Hispanicae,
Radicis Contrayerbae tritae. . . . . } ana unciam unam.

Decocto colato, et calenti infunde in vase clauso per quadrihorium

Corticis Peruviani crassiusculè pulverati uncias duas.

Iterum cola, et adde

Mellis Sambuci.......... } ana uncias duas.
Syrupi Rosarum Pallidarum }

Dosis ab unciis duabus ad uncias quatuor.

Decoctum radicis scorzonerae bezoardicum.

(*Bezoardicum Curbi incompletum.*)

℞. Radicis Viperinae in taleolas sectae unciam unam,
Seminis Citri, aut Limonum contusi drachmas duas,
Aquae communis libras sex.

Coque S. A. ad remanentiam librarum quatuor; postea cola, et adde

Pulveris Kinae Bezoardici unciam semis,
Mellis Sambuci uncias tres.

Dosis ad uncias quatuor.

DECOCTUM RADICIS SCORZONERAE BEZOARDICUM SOLUTIVUM.

(*Bezoardicum Curbi completum, seu purgans.*)

℞. Decocti praedicti libras quatuor,
Foliorum Sennae mundatae unciam semis.
Levi ebullitione coque, cola, et adde
Syrupi Rosarum solutivi uncias sex,
Pulveris Quinnae Bezoardici unciam semis.

Dosis ad uncias quatuor.

DECOCTUM GRAMINIS COMPOSITUM.

(*Aperiens.*)

℞. Radicis Graminis. . . . .}
Rubiae. . . . . . .} ana unciam semis.

Contusas coque in Aquae purae libris tribus ad libras duas, sub finem addendo
Glycyrrhizae mundatae, et contusae drachmam unam.
In colatura dissolve
Nitratis Potassae depurati drachmam unam.

Decoctum hordei compositum

(*Pectorale.*)

℞. Seminum Hordei mundatorum unciam semis,
Aquae purae libras tres.

Coque ad libras duas. Sub finem coctionis adde

Hederae terrestris exsiccatae drachmas duas,
Glycyrrhizae rasae. . . . . . . } ana drachmam unam, et semis.
Florum Papaveris Rhoeados. . . . . }

Cola tepidè ad usum.

Dosis ab unciis tribus ad uncias sex.

Decoctum jujubarum pectorale.

℞. Seminis hordei mundati unciam unam,
Fructuum Jujubarum num. duodecim,
Caricarum Pinguium num. sex,
Passularum mundatarum, } ana semiunciam,
Radicis Glyzyrrhizae contusae }

Capillorum Veneris unciam semis,
Aquae fontis libras tres.
Coque S. A. ad libras duas, et cola.
Dosis ad uncias sex.

Decoctum jujubarum pectorale solutivum.

℞. Decocti praedicti uncias octo,
Foliorum Sennae mundatae drachmas tres,
Radicis Rhabarbari contusi drachmam unam,
Tartritis Potassae scrupulum unum.

Omnia in vase terreo coquantur leviter per semiquadrihorium, et cola.

Dosis ad uncias sex.

Decoctum ligni campechiani.

℞. Scobis Ligni Campechiani unciam unam,

Praemissâ infusione S. A. coque in Aquae purae libris quatuor ad libras duas. Cola.

Dosis ab unciis quatuor ad octo.

Decoctum polygalae.

℞. Herbae Polygalae unciam unam.

Coque in S. Q. Aquae purae ad libras duas, et cola.

Dosis ab unciis quatuor ad sex, saepius iteranda.

Decoctum carbonatis potassæ absynthium.

(*Febrifugum Salsum.*)

℞. Carbonatis Potassae Absinthii drachmam unam,

Mellis optimi uncias quatuor,

Aquae purae libras duas.

Coque ad despumationem in vase fictili vitreato. Cola.

Dosis ab unciis tribus ad sex, saepius iteranda.

Decoctum ligni guajaci compositum.

(*Decoctum Lignorum.*)

℞. Scobis Ligni Guajaci. . . . } ana uncias duas,
Radicis Sarsaeparrillae minutim sectae. . . . . }

Aquae purae libras octo.

Digere per duodecim horas vase clauso, et

coque leni igne ad libras quatuor, addendo sub finem coctionis

Rasurae Ligni Sassafras unciam unam,
Glycyrrhizae mundatae drachmam unam.

Cola, et per subsidentiam defoeca.

Dosis ab unciis quatuor ad uncias sex.

DECOCTUM SARSAEPARRILLAE EX CALLAC.

(*Ptisana ex Callac.*)

℞. Radicis Sarsaeparrillae incisae untias duas,
Muriatis Hydrargyri sublimati (*mitis*!) laevigati, et in petia ligati drachmas duas,
Aquae fontis libras quindecim.

Coque in vase terreo vitreato ad remanentiam tertiae partis; postea adde

Foliorum Sennae mundatae unciam unam,
Seminis Coriandri contusi drachmas sex,
Sulphatis Aluminae drachmam semis.

Iterum coque per horae quadrantem, ab igne separa, et post semirefrigerationem cola ad usum.

Dosis ad uncias sex.

Decoctum sarsaeparrillae edulcorans.

℞. Radicis Sarsaeparril. incisae } ana uncias duas.
Chinae contusae.... }

Scobis Ligni Santali Rubri drachmas sex,

Rasurae Cornu Cervi sesquiunciam,

Infunde per viginti quatuor horas, et coque in Aquae purae libris duodecim ad libras sex, sub finem addendo

Santali citrini drachmas sex,

Sacchari uncias sex.

Cola ad usum.

Dosis ab unciis quatuor ad uncias sex.

Decoctum baccarum juniperi carminativum.

(*Fotus carminativus.*)

℞. Baccarum Juniperi.... }
Seminum Anisi, } ana unciam unam,
Muriatis Ammoniaci... }

Florum Chamaemeli uncias duas.

Contusa bulliant leviter in Aquae libris quatuor. Colaturae adde

Alkoholis Vini libram unam.

Decoctum radicis Althaeae emoliens.

℞. Radicis Althaeae sectae }
Foliorum recentium } ana unciam unam.
Malvae. . . . . }

Coque in Aquae purae libris duabus ad libram unam. Cola calidè.

Decoctum Malvarum carminativum.

(*Carminativo-emolliens.*)

℞. Foliorum recentium }
Malvae, } ana unciam unam,
Radicis Althaeae sectae }
Seminum Anisi drachmam unam,
Florum Chamaemeli drachmas duas.

Coque in Aquae purae libra una, et semis ad libram unam. Cola tepidè.

Decoctum Mannae laxativum.

(*Potio laxativa.*)

℞. Mannae uncias duas,
Foliorum Sennae Hispanicae drachmas sex,
Sulphatis Magnesiae purificati drachmas duas,

Aquae purae uncias quatuordecim.

Coque leviter ad libram unam, clarifica, si praescriptum fuerit, et cola.

Dosis ab unciis sex ad octo.

DECOCTUM MANNAE PURGANS.

(*Potio Angelica.*)

℞. Aquae purae uncias octo.

Cum albumine ovi agita. Adde

Foliorum Sennae Hispanicae drachmas tres,
Mannae pinguis uncias tres,
Tartritis Potassae aciduli drachmam unam.

In vase idoneo dissolve, et levi ebullitione clarifica. Dein pluries filtra per manicam, donec liquor diaphanus transmittatur. Adde

Aquae Cinnamomi scrupulum unum.

Pro unica Dosi.

DECOCTUM MANNAE CARMINATIVUM.

(*Ptisana anticolica.*)

℞. Mannae electae uncias quatuor,
Foliorum Sennae mundatae unciam unam,

Tartritis Potassae...... } ana unciam semis,
Seminis Anisi.......... }
Aquae communis libras quatuor.

Infunde in vase terreo vitreato, et digerantur igne lento per semihoram, postea coque paulisper, et cola sine expressione.

Dosis ad uncias sex.

Decoctum rosarum rubrarum acidulum.

Vide Tinctura aquosa. Cap. XXXIV.

Decoctum rhabarbari.

(*Anima Rhabarbari.*)

Vide Tinctura Aquosa. Cap. XXXIV.

CAPUT IX.

JUSCULA.

Jusculum pulli gallinae lientericum.

(*Valentinum.*)

℞. Pullum gallinaceum deplumen, et exenteratum, capite ac cruribus rejectis. Farciatur us-

que ad medietatem Rosis Rubris siccis; adde
Trochiscorum Ramich pulveratorum drachmas tres,
Cariei Ligni Siliquae (vulgò *Carcoma de Algarrobo*) drachmam unam.
Repleatur eisdem Rosis siccis reliquum cavitatis, et consuatur.

Coque in olla fictili vitreata cum duodecim libris Aquae purae ab libras octo: tunc pullum extrahe; et Jusculum adhuc calens exhibe, quod in domo Aegroti igni admoveatur, ne calorem inter utendum amittat.

Dosis ab unciis quatuor ad sex, saepius iteranda.

Jusculum viperae.

℞. Viperam recens praeparatam: seca in partes et adde
Santali Rubri drachmam semis.
Aquae purae uncias sex.

Coque in balneo arenae in vase vitreo longioris colli per quadrihorium. Cola.

CAPUT X.

EMULSIONES.

Emulsio communis.

℞. Seminum Melonis, aut Anguriae, aut Cucurbitae mundatorum unciam semis,
Amygdalas dulces excorticatas quatuor.

Contunde in mortario marmoreo pistillo ligneo, instillando Aquae purae pauxillum; tunc exquisite subige, et sensim affunde
Aquae communis libram unam,
Syrupi simplicis unciam. Cola.

Emulsio cum gummi arabico.

℞. Gummi Arabici unciam unam.
Decocti Hordei libras duas.

Coque ad solutionem, cum qua solutione, et Seminum Malvae, et Amygdalarum dulcium excorticatarum ana uncia semis fiat Emulsio.

Dosis ad uncias sex, saepius iteranda.

EMULSIO PURGANS, SEU EMULSIO CUM MANNA.

℞. Emulsionis communis non edulcoratae uncias sex,
Mannae electae uncias tres.
Igne lento dissolve et cola, tunc adde
Aquae Cinnamomi drachmam unam.
Pro dosi unica.

EMULSIO GUMMI AMMONIACI BRUNERI.

℞. Gummi Ammoniaci drachmam unam et semis,
Aquae distillatae Hyssopi uncias quatuor,
Vini Albi generosi uncias duas.
Subige, dissolve in mortario, et cola.
Dosis pro duabus haustibus.

CAPUT XI.

SUCCI E VEGETABILIBUS.

SUCCUS AGRESTAE SEU OMPHACII.

℞. Uvas acerbas: pistillo contenere in mortario lapideo, vel potius inter assulas ligneas

confrica, ut succus omnis stillet, quem per manicam colatum defoeca, et decantatum in vase vitreo, cera obturato, aut pauxillo Olei olivarum superaffuso repone.

Nota. 1.° Omnes Succos, qui admiscendi sint Unguentis, vel Emplastris, defoecatione non indigere. 2.° Plantas aridas decocto earumdem irrorandas. 3.° Omnes Succos acidos vitium contrahere in vasis metallicis, seu fictilibus crusta tantum semivitrificata obductis.

Succus pomorum granatorum.

℞. Mala Granata, seu Punica: à corticibus exterioribus mundata, et transversim secta spathula lignea concute, ut grana à pelliculis separata concidant: in mortario lapideo contunde, in linteum immitte, et succum praelo expressum per subsidentiam purifica.

Succus limonum.

℞. Limones: à corticibus carnosis separa, medullam succosam manibus preme, confringe,

et à seminibus repurgatam fortiter exprime, per linteum cola, et succum per subsidentiam clarifica.

Eadem ratione exprimitur Succus

Pomorum Aurantiorum,
Citreorum,
et similium.

Succus mororum.

℞. Fructus aut Baccas Mororum: manibus preme, et confringe. Succum expressum per setaceum cola, et per subsidentiam purifica.

Eodem modo extrahitur Succus è fructibus

Grossulariae,
Rubi Idaei,
et similium.

Succus ex caulibus, et foliis.

℞. Caules, et Folia recentia probè mundata: in mortario lapideo pinsito in massam, quam in vase terreo vitreato per aliquot horas, si opus fuerit, relinque, ut succus coadunetur;

et antequam fermentescat, torculari exprime. Succum expressum levi ad ignem ebullitione clarifica, ut foecula secedat, et cola.

Sic extrahuntur Succi

Fumariae,

Cichorei, *et similium*.

Succus ex floribus.

℞. Flores à calycibus mundatos: in mortario marmoreo pinsito, et praelo exprime: succum in vase idoneo loco frigido, ne fermentescat, repone, ut per subsidentiam clarefiat, et per decantationem separa.

Hoc modo extrahitur Succus

Violarum,

Rosarum,

et similium.

Succus ex fructibus carnosis.

℞. Fructus: radulâ detere, per expressionem succum elice, per subsidentiam clarifica, et per inclinationem separa.

Hoc modo extrahitur Succus

Pomorum,
Cydoniorum immaturorum,
et similium.

Succus ex radicibus.

Radices crassas per incisionem, et contusionem in massam redige, et succum praelo expressum per subsidentiam defoeca, et decanta.

Hoc modo extrahitur Succus ex Radicibus

Bryoniae,
Elaterii,
et similium.

CAPUT XII.

INSPISSAMENTA VEGET.

Inspissamentum elaterii.

℞. Radicis Momordicae Elaterii recentis Q. V.

In taleolas diseca, et in mortario marmoreo conquassa, succum praelo exprime, et

per subsidentiam defoeca; postea lento igne balneo aquoso vapora ad mellis inspissati consistentiam, et ad usum serva.

Dosis ad drachmam.

Simili modo parantur inspissamenta

Urticarum....
Taraxaci,
Cichorii, } ex Foliis et caulibus,
Cicutae......

Glycyrrhizae ex Radicibus,

addendo si opus fuerit, aquae pauxillum.

INSPISSAMENTUM FRUCTUS GROSSULARIAE.

Vide Gelatina.

N. B. Hic subjiciuntur inspissamenta sequentia

Terra Japonica,
Acacia Ægyptiaca,
Opium,
Aloe Succotrinum,
Scamonium,
Hypocystis, &c.

de quibus non agimus quia in officinis nostris exotici sunt.

Vide Mater. Medic. Sylloge, Clas. II.

CAPUT XIII.

GELATINAE.

Gelatina cornu cervi.

℞. Rasurae Cornu Cervi albissimae, et lotae libram semis,

Aquae libras quatuor.

Coque in vase fictili vitreato, donec tractatus liquor digitis adhaereat. Unicuique librae liquoris colati cum expressione adde

Sacchari albi unciam unam, et semis,

Tartritis aciduli Potassae scrupulum unum.

Clarifica cum albumine Ovi.

Gelatina fructuum grossulariae.

℞. Sacchari albi libras duas,

Aquae libras decem.

Clarifica, et coque ad Trochiscorum (*Tabellarum*) duritiem. Adde

Succi Baccarum Grossulariae recenter expressi, } ana libram unam.
Aquae purae......... }

Rursus coque ad Gelatinae spissitudinem, et cola.

Eodem modo fit Gelatina
Fructuum Rubi Idaei,
Cydoniorum,
Fragariae,
et similium.

CAPUT XIV.

EXTRACTA.

Extractum cichorei.

℞. Folia Cichorei. Q. V.

Coque in s. q. Aquae. Cola, leni igne vapora, et sub finem balneo aquoso, spathula continenter agitando, vaporare perge ad soliditatem. Rotulas in vase clauso serva.

Hoc modo fit extractum
Taraxaci,
Borraginis,
et similium.

Extractum baccarum juniperi.

℞. Baccarum Juniperi recentium libras quatuor.

Contusas infunde per biduum, vel triduum in Aquae ferventis libris duodecim. Coque ad mollitiem. Liquorem expressum, et per subsidentiam defoecatum cola, et vapora in balneo aquoso ad Extracti consistentiam.

Dosis à drachma ad drachmas tres.

Extractum corticis peruviani.

℞. Kinae Kinae pulveratae libram unam.

Infunde per biduum in Aquae purae libris duodecim, balneo aquoso, vel leni calore, saepius agitando. Infusiones cum novis Aquae quantitatibus repete, donec liquores insipidi percipiantur: quos omnes filtratos vapora in

vase aeneo, stanno obducto, et sub finem in balneò aquoso ad Extracti solidi consistentiam.

Dosis à scrupulo ad drachmas duas.

Extractum glycyrrhizae.

℞. Radicum Glycyrrhizae siccarum, ab epidermide mundatarum, et minutim incisarum libras quatuor,

Aquae communis ferventis libras sexdecim,

Infunde calidè per horas duodecim. Liquorem colatum, et decantatum vapora, sub finem in balneo aquoso, ad Extracti solidi consistentiam.

Dosis à semidrachma ad drachmam.

Extractum radicis rhabarbari.

℞. Radicis Rhabarbari electi, minutim secti libram unam,

Aquae communis libras sexdecim.

In olla fictili vitreata fiat infussio per dies tres locco frigido; postea levi ebullitione coque per quadrihorium et cola sine expres-

sione; dein igne lento decoctum per subsidentiam depuratum vapora ad Syrupi consistentiam, spathula lignea continuè agitando; postea balneo aquoso inspissa donec manibus malaxari posit, emplastri instar, et in rotulas ad usum serva.

Dosis ad scrupulos duo.

Sic parantur extracta sequentia

Stygmatum Croci,

Foliorum Sennae, et similium.

Extractum opii aquosum.

(*Laudanum simplex.*)

℞. Opii pulverati, vel minutim secti uncias quatuor.

Tere in mortario marmoreo, per vices addendo Aquae frigidae sufficientem quantitatem, et digere loco calido ad perfectam partis extractivae dissolutionem. Liquorem colatum vapora in balneo aquoso ad siccitatem.

Dosis ad grana duo.

Extractum opii glyzyrrhizatum.

(*Laudanum Urinarium.*)

℞. Extracti Glyzyrrhizae uncias tres,
Camphorae drachmas duas,
Stygmatum Croci scrupulos octo,
Baccarum Alkekengi } ana unciam unam,
Terebintinae Venetae }
Gummi Tragacanthi. } ana drachmam unam,
Resine Masticches. . . . }
Extracti aquosi opii unciam semis.

Extracta in mortario cum pauxillo aquae diluantur, ut fiat liquamentum mellis instar, dein adde Terebinthinam, et pistetur ad perfectam mixtionem, postea cetera pulverata misceantur ut fiat massa pillularis, è qua formentur trochisci, qui siccentur, et ad usum serventur.

Dosis ad scrupulum.

Extractum opii crocatum.

(*Laudanum Opiatum.*)

℞. Extracti Opii aquosi uncias duas,
Croci unciam unam,

Concharum Margaritarum... }
Lapidum Hyacinthorum, } ana drachmam unam et semis.
Coralliorum. . . . . }
Terrae Sigillatae drachmam unam,
Lapidis Bezoaris scrupulos quatuor,
Cornu Cervi crudi scrupulos duos.

Omnia subtiliter pulverentur et cum aquae pauxillo fiant pastilli qui siccentur ad usum.

Dosis ad grana quatuor.

Extractum opii cinnabarinum.

(*Laudanum Cinnabarinum.*)

℞. Extracti Opii aquosi drachmas sex,
Stygmatum Croci pulverati... }
Sulphureti Hydrargyri nativi } ana drachmas tres.
laevigati. . . . . }

Fiat massa pillularis cum aquae pauxillo, in rotulas sicca, et ad usum serva.

Extractum radicis smilacis asperae.

℞. Radicis Smilacis incisae et minutim sectae libras duas,

Aquae fontis libras viginti.

Infunde in olla fictili vitreata, et macera per vigintiquatuor horas, loco calido; postea coque vase aperto per horas duas, et cola; residuo adde novam aquae fontis quantitatem, coque ut antea ad libras octo, et cola; colaturas per subsidentiam depura, et decanta; postea vapora ut in extracto radicis Rhabarbari dictum est.

Dosis ad drachmas duas.

Sic parantur sequentia extracta

Radicis Tormentilae,

Ligni Guajaci,

Radicis Bistortae,

Helenii, et similium.

Extractum radicis hellebori nigri.

℞. Radicis Hellebori nigri contusae libram unam,

Aquae fontis ferventis libras octo,

Alkoholis Vini puri uncias quatuor.

Digere per horas duodecim, postea coque

per horas duas leni igne in vase optimè clauso; post semirefrigeratum decoctum cola cum expressione, et per subsidentiam depuratum vapora, et procede ut supra.

Sic parantur sequentia extracta

Agarici,

Pulpae Colocynthidis, *et similia*.

Extractum agarici aleoticum.
(*Extractum Catholicum.*)

℞. Extracti Hellebori nigri. }
Agarici. . . . . . } ana unciam unam,
Colocynthidis drachmas sex,
Scamonii optimi pulverati unciam unam,
Aloes Succotrini pulverati uncias duas,
Sulphatis Magnesiae unciam semis,
Aquae fontis Q. S.

Pistentur extracta in mortario, ut fiat massa mollis; tunc adde pulveres, et omnia perfectè mixta formentur trochisci, qui siccentur ad usum.

Dosis ad semidrachmam.

CAPUT XV.

OLEA EXPRESSA.

Oleum amygdalarum dulcium.

℞. Amygdalarum dulcium non rancidarum libras sex.

In mortario lapideo tere pistillo ligneo, per setaceum trajice, sacculo cannabino immitte, ac torculari subjice.

Dosis ab uncia semis ad uncias tres, vel plures.

Eadem ratione exprimitur Oleum

Seminum Ricini dempto priùs cortice,
Nuccum Avellanarum,
Nucleorum Pinneorum,
Nuccum Juglandium,
Seminis Papaveris albi,
Lini,
Sesami Orientalis,
Cannabis,
Hyoscyami, et similium.

Oleum fructus cacao.

(*Butyrum Cacao.*)

℞. Fructus Cacao torrefacti, et mundati Q. V.

Tere, et per setaceum trajice, postea in mortario marmoreo calefacto diutissimè pinsito, ut fiat massa mollis, statim saculo linteo excipe, et praelo calefacto comprime; tunc in vase vitreo loco calido oleum repone, ut liquescat, filtra, et in modulis papyro involutis mitte, ut formentur tabellae, seu pastilli post refrigerationem.

Oleum nuccis moschatae.

℞. Nuccum Moschatarum Q. V.

In mortario marmoreo pistillo ligneo tere, et per setaceum trajice, ut fiat pulvis grosus; postea in mortario ferreo calefacto pinsito fortiter, ut fiat massa tenuissima, et malaxabilis, in sacculo linteo excipe, et confestim praelo calido exprime.

Dosis ad scrupulum.

Sic extrahuntur sequentia olea
Baccarum Lauri siccatarum,
Seminis Anisi,
Foeniculi, et simil.

Oleum ex vitellis ovorum.

℞. Ova quot volueris.

Coque in aqua ad duritiem, vitellos exime, et radulâ comminutos in vase ferreo igne moderato assa, spathula assiduè movendo, donec ex flavo rubescant, et pinguedinem exsudent. Confestim in sacculo lineo excipe, praeloque calido exprime.

CAPUT XVI.

OLEA COCTA.

Oleum apparitii reformatum.
(*Balsamum Aparitii.*)

℞. Olei Olivarum libras sex,
Summitatum Rorismarini }
Hyperici, } ana libram unam et semis.
Rutae. . . . . }

Mixta calido loco per triduum digere. Adde Lumbricorum terrestrium libram semis. Coque ad humiditatis consumptionem. In colatura dissolve

Terebinthinae optimae libram unam, et semis,

Resinae Juniperi uncias duas.

Cola iterum, et dissolve igne lento

Pulveris Myrrhae electae... }
Thuris. .... } ana uncias duas,

Masticheς unciam unam,

Cola, et serva.

Oleum capparium.

℞. Florum Capparis nondum explicatorum, et aceto conditorum uncias octo,

Corticis Radicum ejusdem plantae uncias duas,

Radicis Cyperi longi unciam unam,

Foliorum Rutae recentium drachmas duas,

Olei Olivarum libras tres,

Vini Albi uncias sex.

Incide, tere, misce, macera per triduum loco calido, coque ad humiditatis consumptionem, cola, et per subsidentiam defoeca.

Oleum cucurbitae pleuriticum.
(*Balsamum Pleuriticum.*)

℞. Corticum Cucurbitae longae in frustula incisorum. . . } ana libras sex.
Olei Olivarum. . . . . }

Coque ad perfectam humidi aquosi consumptionem, cola, et defoeca.

Oleum euphorbii.

℞. Euphorbii pulverati unciam unam,
Olei Olivarum libram unam.

Misce, leni igne dissolve in vase fictili vitreato, et cola.

Oleum hyperici.

℞. Summitatum Hyperici cum floribus fermè siccarum libras quatuor,
Olei Olivarum libras sex.

Macera in loco calido per septimanam, leviter coque, et cola.

Oleum lumbricorum.

℞. Lumbricorum terrestrium libras duas,
Vini uncias sex,
Olei Olivarum libras tres.

Coque in vase idoneo ad totius humidi aquosi consumptionem. Cola.

Oleum rosatum.

℞. Olei Olivarum libras octo,
Petalorum Rosarum Rubrarum, et Pallidarum recens explicatarum ana libras tres.

Contunde, macera solis calore, aut loco calido per triduum, aut quatriduum: postea coque ad humidi aquosi consumptionem, et cola cum expressione.

Eadem methodo parantur Olea
Rorismarini ex summitatibus floridis,
Chamaemeli ex floribus,
Liliorum alborum ex petalis,

Rutae ex foliis,
Sambuci ex floribus,
Myrti ex foliis, et baccis,
Solani ex foliis, et baccis cum Oleo Rosarum,
Althaeae ex radicibus.

Oleum radicis bryoniae compositum.
(*Oleum Agrippae.*)

℞. Radicum recentium

Bryoniae... Elaterii.....	ana libram unam,
Scyllae....... Ireos, Ebuli.........	ana libram semis.

Olei Olivarum libras quatuor.

Mundatas, incisas, et contusas coque igne lento ad humiditatis fermè consumptionem. Oleum colatum, et defoecatum serva ad usum.

Oleum castorei.

℞. Folliculi Castorei, rejecta membrana, uncias duas,

Olei Olivarum optimi libras duas,
Vini Albi generosi uncias quatuor.

Terantur minutissimè, et diluantur, postea digere in vase vitreo angustioris colli per dies octo, loco calido, vel in sole Junii, aut Julii; postea coque lento igne ad humiditatis consumptionem, et serva sine colatura: per decantationem hoc oleum usurpatur.

OLEUM CROCI.

℞. Stygmatum Croci optimi unciam unam,
Radicis Calami Aromatici... }
Seminis Cardamomi minoris } ana sesquiunciam.
contusorum............ }
Vini albi optimi libram semis,
Olei Olivarum libram unam, et semis.

Misce, et digere per octiduum; postea coque leviter ad humiditatis consumptionem, cola, et serva ad usum.

OLEUM STRAMONII COMPOSITUM.
(*Balsamum tranquillans.*)

℞. Foliorum Stramonii uncias quatuor,

Foliorum Solani Nigri, Phitolaccae, Belladonae, Mandragorae, Nicotianae, Hyosciami, Papaveris Albi Nigri	singulorum uncias quatuor.
Summitatum Floridarum Rorismarini, Salviae, Rutae, Absynthii, Hyssopi, Lavendulae, Thymi, Majoranae, Costi Hortensis, Menthae, Sambuci, Hyperici, Persicariae.	singulorum unciam unam.

Bufones vivos numero quinque.

Herbae succulentae injiciantur minutim sectae in Olei Olivarum libris quinque simulque Bufones, et coquantur ad humiditatis consumptionem; postea cola cum forte expressione, et adde herbas aromaticas, et fragantes, quae insolentur per dies octo; postea coque paululum, cum expressione cola, et post defoecatum oleum serva ad usum.

Oleum radicis tapsiae antirrheumaticum.

(*Oleum* vulgò *del Frayle.*)

℞. Radicis Tapsiae minutim sectae }
Foliorum Rorismarini } ana libram unam.
Vini Rubri optimi.... }
Olei Olivarum libras quatuor,

Misce, et digere in loco calido per dies quatuor; postea coque lento igne ad Vini consumptionem, cola, defoeca per subsidentiam, et serva ad usum.

Oleum radicis Arthanitae compositum.

℞. Succi vel Decocti fortissimi radicis Artanitae, seu Cucumeris asinini libras duas,
Succi vel Decocti Cucumeris Agrestis uncias octo,
Olei Irini recentis libras duas,
Colocynthidis uncias duas,
Polypodii uncias tres,
Euphorbii drachmas duas.

Omnia mixta, et contusa macerentur in oleo per dies quatuor in loco calido; postea coquantur ad humiditatis ferè consumptionem, cola, et per subsidentiam depuratum serva ad usum.

Oleum radicis Inulae compositum.
(*Oleum Martiatonis.*)

℞. Radicis Inulae Campanae. . . . . }
Valerianae Sylvestris, } singulorum
Bardanae, } uncias tres.
Herbarum Absinthi. . . . . }

Herbarum Abrotani.......... Ocymi, Calaminthae, Hyperici, Costi Hortensis, Majoranae, Menthae Aquaticae, Sabinae, Salviae, Foliorum Sambuci..........	singulorum uncias tres.
Summitatum Floridarum..... Chamaemeli, Meliloti, Sthoecados.........	singulorum uncias duas.
Foliorum Lauri recentium.... Ebuli, Rorismarini, Rutae............	singulorum uncias sex.
Seminum Cymini.......... Foenungraeci, Urticae Majoris.....	singulorum unciam unam.

Olei communis libras duodecim.

Radices contusae et mundatae macerentur in oleo simul cum floribus, et herbis per dies quatuor; postea coque ad humiditatis consumptionem, et depuratum oleum per subsidentiam ad usum serva.

Oleum conyzae majoris compositum.

(*Oleum Aregonis.*)

℞. Foliorum Conyzae Majoris.	singulorum uncias quatuor.
Laureolae,	
Cucumer. Agrest.	
Calaminthae,	
Rorismarini,	
Majoranae,	
Thymi,	
Rutae,	
Lauri,	
Sabinae,	
Salviae.	
Radicis Bryoniae.	singulorum uncias duas.
Ari,	
Cucumeris Sylvestris	

Olei Olivarum libras decem.

Omnia incisa et contusa macerentur in oleo per dies quatuor; postea igne lento coquantur ad humiditatis consumptionem; cola cum expressione, et post defoecatum oleum serva ad usum.

Oleum irinum compositum.

℞. Radicum Iridis nostratis recentium, et contusarum libram unam, et semis,

Olei Olivarum libras tres.

Macerentur in vase fictili vitreato per horas vigintiquatuor loco calido; postea cola cum expressione, coque ad humiditatis ferè consumptionem, et postea infunde

Florum Iridis ejusdem speciei libram semis.

Infunde, et digere in loco calido per horas duodecim; coque ad humiditatis consumptionem, cola, depura oleum per subsidentiam, et serva ad usum.

Oleum scorpionum.

℞. Scorpiones vivos centum,
Olei Olivarum libras tres.

Scorpiones suffoca in oleo, coque cum aquae pauxillo, et cola.

Oleum oxidi cupri viride.
(*Balsamum Viride.*)

℞. Olei Olivarum libram unam, et semis,
Terebinthinae purae uncias tres.

Misce igne lento, et refrigeratis adde
Pulveris Oxidi Cupri acetati drachmas quatuor, et semis,
Olei distillati Caryophyllorum drachmam unam, et semis.

CAPUT XVII.

OLEA DISTILLATA AROMATICA.

Oleum absynthii.

℞. Herbae floridae Absynthii, seminibus onus-

tae, et incisae libras octo,
Aquae purae libras sexaginta quatuor.

Distilla ex alembico, donec nihil amplius Olei prodeat. Oleum ab aqua per infundibulum separa, et cum nova Absynthii quantitate rursus distilla; idque toties repete quousque sufficientem Olei portionem obtinueris.

Simili modo extrahitur Oleum

Florum Chamaemeli,
Lavendulae,
Herbae Menthae,
et similium.

Oleum distillatum caryophillorum.

℞. Caryophillorum aromaticorum libram unam,
Aquae fontis libras quadraginta.

Digere per dies quatuor in loco frigido; et in alembico capacci cum suo refrigeratorio distilla forti igne ad dimidias; et oleum ab aqua separatum per infundibulum, ad usum serva.

Dosis ad guttas sex.

Simili modo distillantur sequentia Olea

Baccarum Lauri recentium, siccatarum,
Juniperi,
Nuccis Moschatae,
Cinnamomi Ceylanici,
Terebinthinae Aromaticum, et simil.

Oleum corticum limonum.

℞. Flavedinis Limonum, radulâ ab interiori cortice sub aqua separatae, Q. V.
Aquae purae sufficientem quantitatem.

Distilla, et oleum S. A. ab aqua separa.

Oleum seminum anisi.

℞. Seminum Anisi contusorum libras sex,
Aquae purae libras quadraginta.

Macera per biduum, et distilla, ut in praedictâ operatione.

Simili modo distillatur Oleum

Seminis Cymini,
Foeniculi,
Carvi, et similium.

CAPUT XVIII.

OLEA DISTILLATA

EMPYREUMATICA.

OLEUM CERAE EMPYREUMATICUM.

℞. Cerae flavae libram unam,
Pulveris Laterum libras duas.

Liquefacta cerâ pulveres permisce, ab igne separa, et remove, ut per refrigerationem fiat pasta è qua formentur globuli, quos ex retorta vitrea balneo arenae igne forti distillabis: prodibit primùm oleum butyri forma cum acidi sebacici pauxillo, quod per infundibulum separatum oleum cum pulveribus tegularum aut Laterum iterum atque iterum distilla donec Oleum limpidissimum, et tenuissimum appareat, quod servetur ad usum.

Dosis ad scrupulum semis.

Simili modo distillantur sequentia olea
Saponis,
Pinguedinis, et similia.

Oleum empyreumaticum C. C.

℞. Cornu Cervi Scobina rasurati Q. V.

Distilla ut in Carbonate ammoniacale C. C. praescribitur; tunc sume

Hujus Olei Empyreumatici Q. V.

Pulveris Cornu Cervi calcinati Q. S.

Fiat massa, aut globulos quos distilla in retorta vitrea, ignem augendo donec totam ferè quantitatem obtineas; et serva ad usum.

Usus externus.

Simili modo distillantur sequentia olea

Viperarum,

Lumbricorum,

Ceterorumque animalium.

Oleum empyreumaticum succini.

℞. Succini triti Q. V.

Distilla ex retorta vitrea, ut in acido Succinico praescribitur: tunc sume

Hujus Olei Empyreumatici Q. V.

Aquae communis dodecuplum.

Distilla in retorta vitrea balneo arenae

fere ad siccitatem ; quoties repete donec limpidissimum et tenuissimum oleum obtineas; ab aqua per infundibulum separa, et serva.

Dosis ad guttas octo.

Oleum empyreumaticum commune.

(Oleum Laterum.)

℞. Laterum pulveratorum.... } ana libras tres.
Olei Olivarum.......... }

Immitte in retortam, igne reverberii distilla, et Oleum à phlegmate separa.

Oleum terebinthinae sulphuratum.

(Balsamum Sulphuris Terebinthinatum.)

℞. Olei Terebinthinae Aromatici libram unam,
Sulphuris sublimati uncias tres.

Injiciantur omnia in matracio vitreo non obturato, et calore balnei arenae digerantur diligenter movendo, donec totum sulphur ferè dissolvatur, et oleum colorem rubrum, et consistentiam syrupi adquisiverit, oleum per subsidentiam depuratum per decantationem

separa, et vase obturato ad usum serva.

Dosis ad guttas octo.

Oleum anisi sulphuratum.

(*Balsamum Sulphuris Anisatum.*)

℞. Olei distillati seminis Anisi libram unam,
Sulphuris sublimati uncias tres.

Misce, et procede ut supra.

Dosis ad guttas octo.

Simili modo parantur olea distillata composita sequentia.

Oleum nuccis juglandum sulphuratum.

(*Balsamum Sulphuris Rulandi.*)

Oleum succini sulphuratum.

(*Balsamum Sulphuris Succinatum.*)

Oleum galbani compositum.

(*Galbanetum.*)

℞. Gummiresinae Galbani.....
Hederae,
Resinae Elemi,
Olei Laurini..............
} singulorum libram unam.

Omnia mixta in retorta vitrea balneo arenae distilletur, ignem augendo, donec nihil amplus olei prodeat; oleum à liquore acido separatum ad usum serva.

Usus externus.

CAPUT XIX.

SAPONES.

Sapo potassae terebinthinaceus.

(*Tartareus Starkei.*)

℞. Terebinthinae Abietis unciam unam.

Liquatae in vase fictili misce Potassae causticae et liquidae unciam semis, vel Q. S. ut quaevis massae particula in aqua solvi queat. Agita per intervalla ad Saponis spissitudinem.

Dosis à granis sex ad scrupulum semis.

Sapo sodae medicinalis.

(*Sapo Venetus.*)

℞. Carbonatis Sodae purificati libram unam,
Calcis vivae recentis libras duas,

Aquae communis libras triginta.

Omnia in vase ferreo coquantur per horas duas, spathula continue agitando; postea filtra per infundibulum amplum prius arena lota obturatum, vel per ollam fictilem non vitreatam foraminulo inferius instructam, omnem materiem super affundendo, et sufficientem quantitatem aquae residuo addendo ad omnis salsedinis extractionem; deinde liquorem vapora ad dimidias, vel usque turbidus appareat; ab igne semotus quiescat, et per decantationem liquorem à residuo calcareo separatum iterum vapora ad consistentiam syrupi tenuius, vel usque vas uncia una aquae distillatae repletum, drachmas novem ponderis hujus lixivii capiat, quod *Lixivium sodae saponarium* vocatur, tunc sume

Hujus Lixivii libram unam,

Olei Olivarum optimi libras duas.

Misce in vase ferreo, et coquantur igne lento, spathula continue materiem agitando, ad emplastri consistentiam; materiem semirefri-

geratum mitte in modulos papyro involutos, et serva ad usum. Cognoscitur benè confectum esse, quando totum in aqua solvitur sine olei nota, et consistentiam emplastri refert.

Dosis ad semidrachmam.

Simili modo paratur sapo potassae communis addendo Lixivium potassae, carbonate potassae, et calce paratum.

Sapo ammoniacalis.

℞. Olei cujuscumque plantae per expressionem, aut decoctionem parati uncias quatuor,
Ammoniaci liquidi semiunciam.

In mortario vitreo agita, donec albedinem, et consistentiam unguenti tenuius adquirat.

Usus externus.

N. B. Sapones ammoniacales extemporaneè fieri debent, sivè oleis coctione paratis, sivè oleis distillatis, aut expressis conficiantur.

CAPUT XX.

AQUAE DISTILLATAE SIMPLICES.

Aqua corticum citri.

℞. Flavedinis Citri, seu Limonis à cortice rescissae libram unam,

Aquae communis libras sex.

Macera per biduum, et distilla ad libras tres.

Eodem modo distillatur Aqua

Corticum Aurantiorum.

Aqua rosarum.

℞. Petalorum recentium Rosae Pallidae, seu Aromaticae libras sexdecim,

Aquae libras quadraginta.

Macera per biduum, aut quousque fermentescere incipiat, et distilla ad libras viginti. Adde Alkoholis Vini unciam unam.

Pari ratione distillantur Aquae

Florum Aurantiorum,

Sambuci, et similium.

Aqua cinnamomi lacticinosa.

℞. Cinnamomi crasiusculè triti uncias octo,
Aquae libras tres,
Alkoholis Vini uncias tres.

Digere in vase vitreo, rite clauso, per viginti quatuor horas. Adde Aquae libram unam. Distilia libras tres.

Dosis à drachma ad semunciam.

Aqua corticum citri lacticinosa.

(*Aqua Essentialis.*)

℞. Flavedinis recentis Citri, seu Limonis libras tres,
Aquae purae libras sex,
Alkoholis Vini uncias quatuor.

Digere per biduum, et distilla balneo aquoso ad libras tres.

Ita distillatur Aqua Lacticinosa.

Corticum Aurantiorum.

Seminum Anisi,

Foeniculi, et similium.

CAPUT XXI.

AQUAE DISTILLATAE COMPOSITAE.

Aqua carbonatis potassae puri.

(*Lithontriptica.*)

℞. Carbonatis Calcis vulgaris }
Acidi Sulphurici concentrati. . . . . } ana unciam semis,
Carbonatis Potassae purissimi cum aqua distillata confecti, et crystallisati unciam semis,
Aquae distillatae uncias triginta duas,

Carbonatem Potassae in Aqua distillata dissolve. Carbonatem Calcis in vas vitreum cum aqua communi dilutum immitte, quod praeter colli orificium aliud habeat foramen laterale. Colli orificio apta, et cerâ obducito alteram siphonis vitrei extremitatem, qui litterae S figuram referat, alteram vero in pelvin aquâ fontanâ repletam immerge, et alii vasculo fictili inverso, rimâ in limbo, et foraminulo in fundi medio pertuso, subjice.

Tunc phialam vitream, in quam praedictam Carbonatis Potassae dissolutionis frigidae quantitatem immiseris, quae phialae tantùm medietatem impleat, manu orificio compresso inverte, atque ita colloca, ut phialae orificium vasculi fictilis foraminulo respondeat sub aqua. Deinde Acidum sulphuricum, tribus aut quatuor aquae unciis dilutum, supra Carbonatem calcis per vasis vitrei foramen laterale sensim effunde. Ascendet è carbonate calcareo effervescente acidum carbonicum, et per siphonem transiens fundum, seu superiorem phialae inversae partem petet, et carbonatis potassae dissolutionem versus phialae collum descendere coget depulso interea aëre atmosphaerico qui eum locum replebat. His peractis phialae orificium manu occlude, ipsamque pluries concute, ut Acidum carbonicum, et carbonatis potassae dissolutio permisceantur. Phialam denique ritè obturatam, inversamque in frigido loco serva.

Dosis ab unciis quatuor ad octo, saepius iteranda.

AQUA ACIDO CARBONICO CAMPHORATA.

℞. Phialam vitream libris sex aquae fontanae repletam. Manu orificium comprime, inverte, et apparato pneumato-chimico praedicto subjice, ita ut foraminulo vasis fictilis inversi exactè respondeat sub aqua. Tunc acido carbonico (per siphonem transiente ut supra diximus), praedictae phialae cavitatem imple ad duas tertias partes, depulsa interea totidem aquae mensura, seu libris quatuor, ut gas acidum carbonicum qui eam descendere coget, ejus locum repleat. Tunc manu orificium comprime, pluriesque manibus concute, et remove donec aqua acidum carbonicum absorbeat. Postea Aquam phialae mitte in alio excipulo vitreo libris tribus mensurae gas acidi carbonici repleto in apparato praedicto; agita, et procede ut antea donec aqua saporem acidulum adquisiverit. His peractis, adde unicuique librae aquae acidulatae
Camphorae tritae grana sex.

Agita per intervalla ut camphora disolvatur, et serva ut in aqua praecedenti praescribitur.

AQUA SULPHATIS FERRI ET MAGNESIAE ANTIMONIALIS DOCT. BAÑARES.

℞. Sulphatis Magnesiae drachmas tres,
Tartritis Potassae Antimonialis gr. unum,
Sulphatis Martis grana sex,
Tartritis Potassae et Sodae scrupulum semis,
Aquae communis libras quatuor.

Solve, et filtra S. A. Extemporaneè fieri debet.

Dosis semilibra.

AQUA SUCCORUM VEGETABILIUM VULNERARIA.

(*Aqua Pontificalis.*)

℞. Succi expressi Betonicae, Millefolii, Origani, Pimpinellae, Sempervivi, Saniculae, Verbenae, singulorum uncias sex,
Mari cortussi uncias tres.

Carbonatis potasssae communis, Muriatis Sodae, ana unc. sex.

Tartritis aciduli potassae puri uncias quatuor,
Aloes Succotrini unciam unam,
Aceti distillati libram unam.

In aceto solve aloem, in succo Betonicae solve muriatem sodae, in succis Millefolii, et Verbenae solve carbonatem potassae, et in Pimpinellae succo solve Tartritem acidulum. Tunc solutiones omnes misceantur in retorta vitrea, suo que cum receptaculo, commisuris clausis, digere per dies tres, dein distilla ad siccitatem. Liquor elicitus cum residuo priùs pulverisato dilue, iterumque distilla. Id ubi tertiam vicem perageris liquorem distillatum tantisper empyreumaticum in vase vitreo servabis ad usum.

Aqua sulphatis aluminae.
(*Aqua aluminosa.*)

℞. Aquae stillatitiae Rosarum libram unam, et semis,
Sulphatis Aluminae puri drachmam unam.

Dissolve. Extemporaneè fieri debet.

Aqua cupri ammoniacalis.

(*Aqua Caelestis.*)

℞. Aquae distillatae libram unam,
Muriatis Ammoniaci. . . . . . . } ana drach-
Carbonatis Potassae communis } mam unam.

Solve, et in pelvi aenea relinque, donec colorem caeruleum acquisierit. Filtra, et vase vitreo ritè obturato serva.

Aqua muriatico mercurialis rubra.

(*Aqua Phagedaenica.*)

℞. Muriatis oxigenati hydrargyri sublimati scrupulum unum,
Carbonatis Potassae communis drachm. unam,
Aquae distillatae libram unam.

Tere in mortario vitreo, et sensim affunde aquam. Liquorem serva in phiala vitrea, optimè clausa, tunc renovandum, cum nigrescere incipiat, seù potius extemporaneè fierit debet.

In singulis unciis continet muriatis oxigenat Hydrargyri sublimati *grana duo.*

Aqua sulphatis zinkci aluminosa.

(*Aqua Styptica.*)

℞. Sulphatis Zinkci. . . . . . } ana unciam semis.
Sulphatis Aluminae. . . . . }
Aquae Rosarum libram unam.

Dissolve, et filtra. Extemporaneè fieri debet.

Aqua acetatis plumbi.

(*Aqua Vegeto-mineralis.*)

℞. Acetatis Plumbi liquidi drachmam unam,
Alkoholis Vini drachmas duas,
Aquae communis distillatae libram unam.

Aqua calcis.

℞. Calcis vivae recentis libram unam.
Sensim affunde
Aquae purae libras duodecim.

Post ebullitionem completam, et debitam subsidentiam liquorem decanta, et vase vitreo diligentissimè obturato serva, renovandum, simulac post aliquot menses inefficax deprehendatur.

CAPUT XXII.

INJECTIONES LIQUIDAE.

Hic Diaclysmata, Collyria liquida, Gargarismata, Colutiones, Clysteres, Errhina, et alia hujusmodi subjicere debent, quia ratione usus analoga sunt.

INJECTIO SULPHATIS ZINKCI.

(*Adstringens.*)

℞. Aquae distillatae uncias sex,
Sulphatis Zinkci grana sex.
Dissolve ad usum.

INJECTIO QUINAE ANTIPUTRIDA.

℞. Corticis Kinae contusi unciam semis.
Aquae communis sesquilibram.
Coque ad libram unam. Adde
Myrrhae liquidae drachmam unam.

INJECTIO LACTIS OPIATA.

(*Anodyna.*)

℞. Lactis recenter emulcti uncias sex,

Syrupi Meconii unciam unam.

Misce ad usum.

In septem unciis continet Extracti Opii aquosi *grana circiter duo.*

INJECTIO MURIATIS MERCURII CAMPHORATA.

(*Colyrium Fernandez.*)

R. Terebinthinae clarae unciam semis.

Vitellorum Ovorum num. duo.

Muriatis Hydrargiri praecipitati drachmam semis,

Sulphatis Aluminae. . . . . . }
Alkoholis sulphurici aetherei } ana drachmam unam.
Camphorae. . . . . }

Aquae communis libras duas.

Omnia misceantur S. A. in mortario vitreo, et fiat injectio, per linteum cola cum expressione, et inter utendum continuè agitari debet.

DIACLYSMA RADICIS PYRETHRI ODONTALGIC.

Vide Tincturae. Cap. XXXIV.

Gargarisma nasturtii compositum.

(*Antiscorbuticum.*)

℞. Radicis Rubiae Tinctorum unciam unam,
Herbarum Nastartii. . . . . }
Salviae, } singulorum
Becabungae, } drachm. duas,
Aquilegiae, }
Radicis Pyrethri, }
Corticum Winterani. . . . . }
Aquae Calcis recentis libras duas, et semis.

Coque in vase bene obturato, per quadrihorium igne lento; colaturae adde
Alkoholis Cochleariae semiunciam,
Mellis Rosati uncias quatuor.

Clyster corticum granatorum.

(*Adstringens.*)

℞. Corticum Granatorum contusorum unciam unam.

Coque in Aqua ab libras duas, et cola.

Clyster amyli anodynus.

℞. Amyli drachmas duas,
Aquae libram unam.

Subige, et coque, donec dissolvatur. Refrigerato liquori admisce Vitellos Ovorum duos.

Clyster foliorum malvarum emolliens.

℞. Decocti Malvarum emollientis uncias decem,
Mellis. . . . . } ana uncias duas.
Olei Olivarum. . . . . }

Misce ad usum.

Clyster vini antimonialis irritans.

℞. Vini Oxydi Antimonii uncias quatuor,
Aquae uncias octo.

Misce ad usum.

Pro Dosi unica.

CAPUT XXIII.

SUPPOSITORIA.

Hic Dentifrica, Collyria sica, Pessaria, Errhina solida, Masticatoria, et alia hujusmodi sub nomine Injectiones Solidae subjicere debent.

Suppositorium mellis commune.

℞. Mellis uncias duas.

Coque igne lento ad duritiem, addendo sub finem

Muriatis Sodae pulverati drachmas duas.

Misce optimè, et supra tabulam, aut lapidem oleo inunctam formentur duo Suppositoria conica, duplicato filo appensa.

Suppositorium mellis irritans.

℞. Mellis ad duritiem cocti unciam unam,
Pulveris Colocynthidos drachmam semis,
Muriatis Sodae drachmam unam.

Misce, et fiat Suppositorium, ut supra.

Dentifricum sanguinis draconis.

Vide Pulveres, Cap. IV.

CAPUT XXIV.

CATAPLASMATA.

Cataplasma micae panis anodynum.

℞. Micae panis albi uncias sex,
Lactis uncias sesdecim.

Coque igne lento ad pulmenti spissitudinem. Ab igne semotis admisce
Vitellos Ovorum quatuor,
Pulveris Stygmatum Croci drachmam unam.

Habebis Cataplasmatis libras duas.

Cataplasma crustae panis acetosum.

℞. Crustae panis torrefacti uncias quatuor.

Macera in Aceto optimo ad mollitiem. Pinsito in mortario lapideo. Adde

Pulveris Mastiches........ }
Menthae, } ana drachmas duas,
Nuccum Cupressi }
Restrictivi........ }

Olei Rosati uncias tres.

His admisce sufficientem farinae Hordei quantitatem, ut fiat Cataplasma.

Cataplasma fermenti panis theriacale.

(*Cataplasma ad singultum.*)

℞. Fermenti panis acerrimi uncias tres,
Electuarii Theriacalis magni unciam semis,
Pulveris Baccarum Juniperi...
Rosarum Rubrarum,
Foliorum Menthae... } ana drachmas duas,
Caryophillorum...
Nucis Moschatae
Corticis Maccis.... } ana drachmam unam.

Cataplasma farinae hordei.

(*Farinaceum.*)

℞. Farinae Hordei libras duas,
Oxymellis simplicis libras tres,
Pulveris Oxidi Ferri Aluminosi Rubri uncias quatuor.

Misce, et igne lento calefiant, spathula frequenter agitando.

Cataplasma radicis althaeae emolliens.

℞. Radicis Althaeae incisae uncias decem.

Coque in Aquae s. q. ad mollitiem. Adde Foliorum Malvarum uncias quatuor.

Bulliant iterum ad humiditatis ferè consumptionem. Contunde, et pulpae per setaceum equinum trajectae admisce

Axungiae suillae uncias duas,
Vitellos Ovorum duos.

Habebis cataplasmatis libras duas.

Cataplasma nidi hirundinis.

℞. Nidi hirundinis ritè pulverati uncias quatuor,
Radicis Althaeae. . . . .
Foliorum Malvarum recentium, } ana uncias tres.
Ebuli. . . . .

Coque in Aquae libris quatuor ad humiditatis ferè consumptionem. Contunde, et per cribrum equinum pulpam trajice, sub finem addendo

Farinae Seminis Lini. . . . .
Axungiae suillae. . . . . } ana uncias duas,
Pulveris Stygmatum Croci drachmam unam.

Misce ad usum.

Cataplasma synapis discutiens.

(*Sinapismus ad plantas pedum.*)

℞. Fermenti acris unciam unam, et semis,
Pulveris Seminis Sinapis uncias quatuor,
Muriatis Ammoniaci drachmam unam,
Herbae recentis Rutae contusae unciam semis,
Aceti optimi quantum sufficiat,
Ut ex mixtione omnium fiat pasta mollis.

CAPUT XXV.

SYRUPI.

Syrupus simplex, seu saccharum clarificatum.

℞. Sacchari albi libras duas,
Aquae libras quatuor.

Albumen Ovi cum aqua agita. Saccharum dissolve, coque, despuma, vapora ad debitam spissitatem, et cola.

Syrupus aceti.

℞. Aceti Albi optimi libram unam,
Sacchari albissimi pulverati libras duas.

Misce in vase figulino crustâ vitri lactei coloris obducto, et igne lento, vel balneo aquoso Saccharum dissolve.

Eodem modo fit Syrupus
Succi Agrestae,
Cydoniorum,
Pomorum Redolentium,
et similium.

Syrupus pomorum granatorum.

℞. Succi Pomorum Granatorum depurati libras duas, et uncias duas.
Sacchari albissimi pulverati libras quatuor.

Fiat Syrupus ut supra.

Sic parantur Syrupi Fructuum
Grossulariae,
Baccarum Myrtillorum,
Succi Limonum, *et similium*.

Syrupus corticum citri.

℞. Aquae corticum Citri lacticinosae libram unam,
Sacchari clarificati ad Electuarii solidi densitatem cocti libras duas.
Misce leni calore, et cola.

Syrupus corticum citri amarus.

℞. Aquae corticum Citri libram unam,
Flavedinis corticum Citri recentium uncias quatuor.
Infunde per horas duas in matrocio igne lento, et cola, tunc sume
Sacchari clarificati ad Electuarii solidi densitatem cocti libras duas.
Misce leni calore, et cola.
Sic paratur Syrupus Amarus *Corticum Aurantiorum.*

Syrupus cochleariae sceletyrbicus.

℞. Succi defoecati Cochleariae, aut Lepidii libram semis.

Misce cum Sacchari clarificati, et ad debitam spissitudinem cocti, libra una. Cola.

Dosis ab uncia ad unciam, et semis.

Syrupus petalorum violarum recentium.
(*Caeruleus.*)

℞. Petalor. Flor. Violarum recentium libr. unam.
Affunde in vase terreo vitreato
Aquae communis ferventis libras duas.

Post horas octo cola, et exprime. In colatura dissolve igne lento, aut balneo aquoso
Sacchari albissimi pulverati libras quatuor.

Eodem modo fit Syrupus
Florum Papaveris Rhoeados,
Tunicae, et similium.

Syrupus violarum communis.

℞. Florum Violarum recentium cum calycibus libram unam,
Aquae communis ferventis libras quatuor.

Bulliant per quadrihorium, et statim cum expressione cola, in colatura dissolve

Sacchari albi libras sex. Fiat Syrupus S. A.

Simili modo paratur Syrupus

Florum Nymphaeae.

Syrupus erysimi compositus.

℞. Erysimi florescentis uncias tres.

Folior. recentium Borraginis } ana unc. duas.
Capillorum Veneris. }

Summitatum Rorismarini unciam unam.

Coque in Aquae ad libras sex, cola, et dissolve

Sacchari libras tres.

Mellis libram unam.

Clarifica, coque in Syrupum, et adde

Succi Erysimi uncias sex. Cola.

Dosis à semuncia ad unc. duas, saepius iteranda.

Syrupus hederae terrestris.

℞. Folior. Hederae terrestris siccor. uncias duas.

Infunde in Aquae libris duabus. Colaturae adde

Sacchari clarificati, et ad soliditatem cocti

libras quatuor. Fiat Syrupus, et cola.

Simili modo fiunt Syrupi

Scordii,

Adianti,

Prasii Albi,

Hyssopi,

Menthae, et similium.

Syrupus succi rosarum rubrarum.

(*Rhodosaccharum.*)

℞. Succi defoecati Rosarum Rubrarum libras duas,

Sacchari Albi libras quatuor,

Aquae communis Q. S.

Coque in Syrupum S. A.

Dosis ad uncias duas.

Syrupus rosarum pallidarum.

℞. Petalorum Rosarum Pallidarum recentium libras tres,

Aquae ferventis libras sex.

Infunde per horas duodecim. Cola, et exprime. In colaturâ dissolve

Sacchari Albi libras duas.

Clarifica, et coque in Syrupum.

Dosis ab uncia ad uncias duas.

SYRUPUS CICHORII SIMPLEX.

℞. Succi recentis Cichorii... } ana libras quatuor,
Sacchari Albi. . . . . }

Aquae communis Q. S.

Clarifica, et coque in Syrupum S. A.

Dosis ad uncias duas.

Simili modo parantur Syrupi

Fumariae,

Urticarum,

Plantaginis,

Borraginis, *et similium.*

SYRUPUS CICHOREI CUM RHABARBARO.

℞. Herbae Cichorei recentis uncias quatuor,
Aquae libras tres.

Coque ad libras duas, sub finem addendo Rhabarbari electi, minutim incisi, uncias quatuor.

Colaturae cum expressione adde
Sacchari libras quatuor.
Clarifica, et coque in Syrupum.
Dosis à semuncia ad uncias duas.

Syrupus seminis carthami solutivus.
(Vulgò *Comitis.*)

℞. Seminum Carthami contusorum uncias quatuor.
Coque in Aquae libris sex ad libras quatuor, sub finem addendo
Foliorum Sennae Hispanicae uncias quatuòr,
Seminis Anisi semunciam.
Colaturae adde
Sacchari albi libras duas.
Clarifica, et coque in Syrupum.
Dosis ab uncia ad unciam et semis.

Syrupus extracti opii.
(*Meconii.*)

℞. Syrupi simplicis libram unam,
Extracti Opii aquosi scrupulum unum.

Dissolve Extractum in Aquae unciis tribus, Syrupo permisce, eumque leni igne ad debitam spissitudinem paululum coque.

Dosis ad unciam.

In singulis unciis continet Extracti Opii *grana duo.*

SYRUPUS CAPSULAR PAPAVERIS ALBI.

(*Diacodionis.*)

℞. Capsularum Papaveris Albi absque seminibus exiccatarum uncias sesdecim,
Aquae communis tepidae libras viginti.

Contusis, infundantur in vase terreo vitreato per horas duodecim; postea coque ad tertiae partis remanentiam, et cola cum forti expressione; tunc adde

Sacchari albi libras quatuor,
Aquae communis Q. S.

Cum albuminibus Ovorum aqua subactis, fiat Syrupus S. A.

Syrupus coralliorum.

℞. Corallii rubri laevigati uncias quatuor,
Succi Pomorum Granatorum acidorum recenter expressi libras duas.

Digere in matracio vitreo per dies quatuor identidem agitando, et decanta tincturam. Tunc sume

Capsularum Papaveris albi absque seminibus siccatarum uncias duas,
Granorum Kermes drachmas sex,
Aquae fontanae libras tres.

Coque ad dimidias, et cola cum forti expressione, tunc sume

Sacchari albi libras sex,
Aquae communis Q. S.

Coque iterum ad Syrupi crasioris consistentiam, addendo in finem coctionis tincturam corallii praedictam priùs per manicam trajectam, aut filtratam.

Dosis ad unciam unam.

Syrupus radicis althaeae simplex.

℞. Radicum Althaeae recentium, lotarum, et in taleolas sectarum uncias duas,
Coque in Aquae libris sex ad libras quatuor, addendo sub finem
Radicis Glycyrrhizae radulâ mundatae, et contusae unciam semis.
Colaturae adde
Sacchari Albi libras duas.
Clarifica, et coque in Syrupum.

Syrupus radicis paeoniae.

℞. Radicis Paeoniae contusae uncias duas,
Coque in Aquae libris sex ad libras quatuor.
Colaturae adde
Sacchari albi libras duas.
Clarifica, et coque in Syrupum.

Syrupus radicis chinae compositus.
(*Antirheumaticus.*)

℞. Radicis Chinae contusae.... } ana uncias tres.
Sarsaeparillae incisae }

Ligni Guajaci rasi. . . . . }
Santali Rubri pulverati. . . . . } ana unciam unam.

Infunde calidè in vase terreo vitreato in Aquae libris duodecim per diem. Coque ad dimidias. In colaturâ dissolve

Sacchari albi libras quatuor.

Clarifica, et coque in Syrupum.

Dosis ab uncia una ad tres.

Syrupus kinae.

(*Corticis Peruviani.*)

℞. Corticis Kinae pulverati uncias quatuor,
Vini albi libras tres,
Alkoholis Vini uncias tres.

Digere in matracio loco calido per viginti quatuor horas, et post refrigerationem cola et filtra, aut per manicam trajice, et unicuique infusionis librae admisce leni igne

Sacchari albissimi pulverati, aut clarificati, et ad soliditatem cocti libras duas.

Dosis à semuncia ad uncias duas.

SYRUPUS RADICIS APII COMPOSITUS.

(*De quinque Radicibus.*)

℞. Radicum Apii. . . . . }
Foeniculi, }
Petroselini, } singulorum uncias quatuor,
Rusci, }
Asparagi. . . . . . . }

Aquae communis libras quatuordecim.

Incisis coquantur in vase terreo vitreato ad remanentiam librarum octo; postea cola cum expressione, et adde

Sacchari albi libras sex.

Clarifica, et coque in Syrupum S. A. addendo aquae Q. S.

Dosis ad uncias duas.

CAPUT XXVI.

MELLA MEDICATA.

MEL BACCARUM MORORUM.

℞. Succi Mororum nigrorum libram unam,
Mellis libras duas,

Aquae communis Q. S.

Coque in vase figulino ad Syrupi spissioris densitatem, et cola.

Dosis ab uncia ad uncias duas.

Mel rosaceum seu rhodomel.

℞. Succi Rosarum Rubrarum... } ana libras duas.
Mellis optimi. . . . . }
Aquae communis Q. S.

Coque ad Syrupi spissitudinem. Cola.

Mel baccarum sambuci.

℞. Succi baccarum maturarum Sambuci libram unam,
Mellis libras duas,
Aquae communis Q. V.

Coque ad Syrupi spissioris densitatem, et cola ad usum.

Dosis à semuncia ad unciam.

Mel aceti simplex.

(*Oxymel simplex.*)

℞. Mellis optimi libras quatuor,
Aceti albi optimi, filtrati, libras duas.

Dissolve in vase figulino vitreato, igne lento vapora ad debitam consistentiam, et cola.

Dosis ab uncia ad uncias tres.

Mel aceti scyllitici.

(*Oxymel scylliticum.*)

℞. Aceti Scyllitici recentis libras duas,
Mellis optimi libras quatuor.

In vase figulino vitri lactei coloris crustâ obducto, balneo aquoso, dissolve, et cola.

Dosis à semuncia ad unciam.

Simili modo fit Mel
Aceti Colchici.

Mel depuratum.

℞. Mellis optimi Q. V.

Coque in Aquae communis Q. S. ad despumationem, et Syrupi consistentiam.

CAPUT XXVII.

CONSERVAE.

CONSERVA PRUNORUM.

℞. Prunorum damascenorum quantum volueris.

Coque in aqua ad mollitiem. Pulpam per setaceum equinum trajice, et ad mellis consistentiam in balneo aquoso vapora. Hujus Pulpae libris singulis ad misce

Sacchari albi pulverati libras duas.

CONSERVA ROSARUM RUBRARUM.

℞. Petalorum Rosarum Rubrarum recentium, nondum penitus explicatorum, et ab unguilis mundatorum libram unam,

Sacchari clarificati, et ad Syrupi crassioris spissitatem cocti libras duas.

Contunde petala diligentissimè in mortario lapideo, Syrupo admisce, et igne leni humiditatem ad debitam consistentiam vapora.

Dosis ab uncia semis ad unciam et semis.

Sic fit Conserva

Violarum, et similium.

Conserva hederae terrestris.

℞. Foliorum Hederae terrestris recentium, mundatorum libram unam,

Sacchari albissimi pulverati libras duas.

Hederam in mortario marmoreo pinsito, addendo, si opus fuerit, aquae pauxillum ut fiat massa mollis, et tenuissima: postea adde Saccharum fortiter contundendo, et exactè mixtis, serva ad usum.

Dosis ad uncias duas.

Simili modo fit Conserva

Capillorum Veneris, et similium.

Conserva cochleariae.

℞. Foliorum Cochleariae recentium, et mundatorum libras duas.

In mortario marmoreo pistillo ligneo contundantur diligentissimè, ut fiat pasta mollis; postea adde

Sacchari albissimi pulverati libras quatuor,

Fiat omnium pasta tenuissima, quae ad usum vase vitreo servetur, et tantisper Saccha-

ri albissimi pulverati irroretur ne mucescat.

Simili modo parantur Conservae

Lepidii,

Scordii,

et similium.

N. B. Conservam Cochleariae, aut Lepidii pro Syrupo Sceletyrbico serva, si fortè illum ex tempore conficere tenearis.

CAPUT XXVIII.

ELECTUARIA

ET CONFECTIONES.

Electuarium foliorum Sennae compositum.

(*Catholicum commune.*)

℞. Radicis Polypodii mundatae, et contusae uncias sex.

Coque in Aquae libris decem ad mollitiem, addendo paulò ante finem

Foliorum Malvarum unciam unam.

In colatura dissolve
Mellis libras novem.

Fiat Syrupus crassior, cui admisce
Pulpae Prunorum libram unam, et semis,
Pulveris Sennae Hispanicae libram unam,
Seminis Anisi uncias duas.

Dosis à semuncia ad unciam.

Electuarium cassiae tamarindorum.

(*Lenitivum.*)

℞. Pulpae Cassiae recens extractae uncias octo,
Mannae uncias duas,
Pulpae Tamarindorum unciam unam,
Syrupi Rosarum uncias octo.

Contunde Mannam, et leni igne dissolve in Syrupo Rosarum, Pulpas admisce, et vapora continenter spathula lignea agitando ad debitam spissitudinem.

Dosis ab unciis duabus ad uncias quatuor.

Electuarium scordii opiatum.

(*Diascordium.*)

℞. Foliorum Scordii. . . . . .
Rosarum Rubrarum exungulatarum. . . . . ana drachmas sex,
Cinnamomi drachmas tres,
Oxidi Ferri Aluminosi Magnesiani,
Mastiches,
Dictamni Cretici,
Radicis Tormentillae,
Gentianae,
Zingiberis,
Piperis Tabasci. . . . . ana drachmam unam,
Opii drachmas duas.

Tere subtilissimè, et misce cum Mellis Rosati unciis viginti quatuor.

In singulis drachmis continet Opii *duas tertias grani partes.*

Dosis internè ad drachmas duas.

Electuarium theriacale.

℞. Radicis Valerianae silvestris. . . . }
Contrayerbae Mexicanae
Gentianae,
Foliorum Scordii,
Florum Chamaemeli,
Cinnamomi electi,
Piperis Tabasci,
Baccarum Juniperi,
Corticum Aurantiorum,
Seminum Anisi,
Myrrhae. . . . . } ana libram unam,
Corticis Kinae selecti libras quatuor,
Stygmatum Croci. . . . . . }
Sulphatis Ferri ad albedinem calcinati. . . . . . . } ana libram unam,
Opii purissimi, et duri libras duas,
Mellis Baccarum Sambuci libras sex,
Mellis optimi libras quadraginta octo.

Melli cum sufficienti Vini generosi quantitate despumato, et Melli Baccarum Sambuci mixtis, et paulum calefactis diligenter immis-

ce Stygmata Croci, et Sulphatem Ferri pulveratum, deinde Opium, in Vino solutum; postremò sub continuâ agitatione sensim adde cetera, priùs commixta, et in pulverem tenuem redacta.

Dosis internè ad drachmam.

In singulis drachmis continet Opii *grana duo.*

ELECTUARIUM THERIACALE MAGNUM.

℞. Trochisc. Scylliticor. libras quadraginta octo,

Viperinorum. . . .	ana libras vigintiquatuor.
Hedychroi,	
Piperis Longi,	
Opii electi.	
Rosarum Rubrarum exungulat.	ana libras duodecim.
Iridis Florentiae,	
Succi Glycyrrhizae,	
Seminis Buniadis,	
Scordii,	
Opobalsami, seù Balsami veri,	
Cinnamomi,	
Agarici.	

Myrrhae.	ana libras sex,
Radicis Costi,	
Stygmatum Croci,	
Cassiae ligneae,	
Nardi Indicae,	
Schoenanthi,	
Thuris,	
Piperis Albi,	
Nigri,	
Dictamni Cretici,	
Prassii Albi,	
Radicis Rhapontici,	
Sthoecados Arabicae,	
Petroselini Macedonici,	
Calaminthae Montanae,	
Terebinthinae optimae,	
Radicis Zingiberis,	
Pentaphylli.	
Polii Montani.	ana libras quatuor,
Chamaepityos,	
Styracis Calamitae,	
Meu Athamantici.	

Amomi Racemosi. . . . .
Acori Veri,
Nardi Celticae seu Spiccae Celticae,
Carbonatis Aluminae,
Radicis Valerianae,
Chamaedryos,
Malabathri,
Sulphatis Ferri Albi,
Radicis Gentianae,
Seminis Anisi,
Foeniculi,
Ammi,
Succi Hypocystidos,
Acatiae,
Carpobalsami,
Gummi Arabici,
Cardamomi Minoris,
Seseleos Massiliensis,
Tlaspeos,
Hyperici,
Sagapeni. . . . .

} ana libras quatuor,

Radicis Aristolochiae tenuis Dauci Cretici, Bituminis Judaici, Opoponacis, Galbani, Centaurii Minoris, Folliculi Castorei.	ana libras duas,

Mellis praestantissimi triplum,
Vini optimi Q. S.

Conficiatur solemni ritu Matriti, in communibus opificii *Pharmacopolarum Aedibus*, coram *Regali Collegio* legitimè congregato. Privatim Electuarium Theriacale Magnum componere, nemini jus esto.

Electuarium seminis hyoscyami opiatum.
(*Philonium Romanum.*)

℞. Seminis Hyoscyami. . . . Anisi, Foeniculi, Myrrhae, Folliculi Castorei.	ana drachmas sex,

Opii drachmas quinque,
Cinnamomi unciam unam,
Stygmatum Croci drachmas duas,
Florum Chamaemeli drachmas tres.

Fiat omnium pulvis subtilissimus, et cum Mellis despumati libris duabuas misce.

Dosis internè à scrupulo ad scrupulos duos.

In singulis drachmis continet Opii *granum unum, et semis.*

Confectio santalorum cordialis.
(*Electuarium Cordiale.*)

℞. Santali Citrini.....
Cinnamomi,
Stygmatum Croci,
Caryophyllorum,
Flavedinis Citri,
Santali Rubri...... } ana drachmam unam.

Subtilissimè pulverentur, et cum sufficienti quantitate Syrupi Citri misceantur ad Electuarii mollis spissitudinem.

Dosis à drachma ad drachmas duas.

Confectio kinae antimonialis.

(*Electuarium Febrifugum.*)

℞. Tartritis Potassae, et Antimonii grana sex,
Tartritis aciduli potassae puri drachmas tres.

Misce, et in mortario vitreo per semihoram tere. Deinde adde

Corticis Kinae pulverati unciam unam,
Syrupi Aceti uncias tres, et semis.

Dosis à drachmis duabus ad unciam semis.

In singulis unciis continet Tartritis Potassae et Antimonii *granum circiter unum, et semis.*

Confectio margaritarum kermesina.

(*Confectio Alkermes.*)

℞. Margaritarum laevigatarum. . . . } ana drachmas duas.
Lapidis Lazuli usti, et laevigati... }
Ligni Aloes. . . . . } ana drachmas sex,
Corticis Cinnamomi acuti }
Syrupi Kermes recentis, inspissati ad mellis liquidi consistentiam libram unam et semis.

Omnia optimè misceantur, et fiat confectio.

Dosis ad drachmas duas.

N. B. Loco Margaritarum, eorum Conchae usurpari posunt.

Confectio hyacinthorum composita.
(*Confectio Hyacinthorum cum acido.*)

℞. Lapidum Hyacinthorum laevigatorum unciam unam,

Coralli Rubri laevigati... Carbonatis Aluminae, Santali Citrini, Rasurae Cornu Cervi...	ana semi unciam,
Radicis Tormentilae.......... Dictamni Albi, Granorum Kermes, Myrrhae, Rosarum Rubrarum exungulatarum, Seminum Citri excorticatorum, Acetossae, Portulacae..........	ana drachmas duas.
Margaritarum laevigatarum.. Stygmatum Croci..........	ana drachmam,

Corticum exteriorum Citri.. } ana scrupulos
Aurantiorum. } duos,
Syrupi Succi Limonum recentis libras duas, et semis.

Omnia subtiliter pulverata misceantur exactisimè, et fiat Confectio S. A.

Dosis ad drachmas duas.

Confectio kinae antiepileptica Fuller.

(*Elect. Peruvian. antiepil. Fuller.*)

℞. Kinae optimae drachmas sex,
Serpentariae Virginianae drachmas duas.
Syrupi Florum Paeoniae compositi uncias tres.

Subtiliter pulverata misce S. A.

Dosis ad drachmas tres vel quatuor.

℞. Confectio kinae adstringens Fuller.

(*Elect. Peruvian. adstring. Fuller.*)

Corticis Kinae optimae unciam unam,
Succi inspissati Catechù. } ana drachm. unam,
Balsimi Albi. . . . . }

Syrupi Symphiti uncias tres.

Omnia subtilitèr pulverata misceantur ad usum.

Dosis ad unciam semis.

CONFECTIO ROSARUM RUBRARUM ADSTRINGENS FULLER.

(*Elect. adstringens Fuller.*)

℞. Conservae Rosarum Rubrarum uncias duas,
Electuarii Scordii Opiati unciam semis,
Oxidi Ferri Aluminosi Magnesiani drachmas duas,
Sanguinis Draconis drachmam unam et semis,
Florum Granatorum drachmam semis,
Olei distillati Nuccis Moschatae.. } ana guttas
Corticis Cinnamomi } duas,
Syrupi Rosarum Rubrarum unciam unam.

Omnia exacte pulverata pistentur, et misceantur S. A. ut fiat confectio ad usum.

Dosis ad unciam unam.

CAPUT XXIX.

PILULAE.

PILULAE RADICIS CYNOGLOSSI OPIATAE.

℞. Radicis Cynoglossi pulveratae uncias duas,
Extracti Opii aquosi drachmas tres,
Pulveris Stygmatum Croci drachm. quinque,
Folliculi Castorei drachmas sex.

Misce, et cum Syrupi Simplicis drachmis novem fiat massa, aëri ad siccitatem exponenda.

In singulis scrupulis continent Extracti Opii *grana duo.*

Dosis ad scrupulum unum.

PILULAE HYDRARGYRI GLYZYRRHIZATAE.

(*Mercuriales.*)

℞. Hydrargyri puri uncias duas.

Exstingue in mortario lapideo, aut supra porphyritem cum Mellis unciis duabus, et semis. Adde

Pulveris Glycyrrhizae unciam unam et semis.

Fiat massa pilularis.

In singulis scrupulis continent Hydrargyri *grana octo.*

Dosis à granis tribus ad scrupulum.

Pilulae hydrargyri edimburgenses.

℞. Hydrargyri purificati..... } ana unciam unam.
Mellis optimi........ }

Triturentur simul in mortario marmoreo donec inconspicuus redigatur; postea adde

Micae panis albi, et recentis uncias duas.

Pistentur ut fiat massa S. A.

Dosis ad semiscrupulum.

Pilulae scyllae ammoniacales.
(*Scylliticae.*)

℞. Saponis albi drachmas duas, et scrupulum unum,

Gummi Ammoniaci pulverati drachmam unam,

Scyllae pulveratae. . . }
Resinae Copaivae. . . } ana scrupulum unum.

Fiat massa pilularis.

Dosis ad grana novem.

In singulis scrupulis continent Scyllae *grana duo.*

PILULAE SULPHATIS POTASSAE ALOETICAE.

(*Tartareae Bontii.*)

℞. Aloes Succotrinae drachmas sex,
Gummi Ammoniaci drachmas tres,
Sulphatis Potassae drachmam unam.

Misce, et cum Melle depurato fiat massa pilularis.

Dosis à scrupulo ad drachmam.

PILULAE ALOES MARTIALES FULLER.

(*Benedictae.*)

℞. Aloes Succotrini unciam semis,
Foliorum Sennae Hispanicae drachmas duas,
Gummi Assaefoetidae }
Myrrhae, } ana drachmam unam.
Galbani. . . . }

Sulphatis Ferri purissimi drachmas sex,
Stygmatum Croci..... } ana drachmam semis,
Corticis Maccis. . . . . }
Olei Succini guttas quadraginta,
Syrupi Arthemissiae Q. S.

Omnia pulverata misceantur, et fiat massa pilularis S. A. è qua formentur pilulae numero 160 pro quadraginta dosibus, scilicet quatuor pro dosi.

Pilulae aloes compositae.
(*Cochiae.*)

℞. Aloes Succotrini uncias duas,
Pomorum Colochinthidos praeparatorum drachmas sex, et semis,
Scamonii optimi unciam semis,
Radicis Jalappae. . . . . } ana drachmas decem.
Sulphatis Magnesiae.. }

Fiant pilulae S. A.

Dosis ad scrupulos duos.

Pilulae gummi ammoniaci balsamicae.

℞. Millepedum praeparatorum drachmas sex,
Gummi Ammoniaci drachmas tres,
Acidi Benzoini sublimati scrupulos quatuor,
Stygmatum Croci.... } ana scrupulum unum,
Balsami Peruani nigri }
Olei Terebinthinae sulphurati Q. S.

Fiat massa S. A. è qua formentur pilulae.

CAPUT XXX.

TROCHISCI.

Trochisci carbonatis plumbi albi camphorati.

(*Trochisci Albi Rhasis.*)

℞. Carbonatis Plumbi Albi puri unciam unam, et semis,
Amyli. . . . . } ana drachmas duas,
Gummi Arabici. . . . . . }
Camphorae semidrachmam.

Seorsim pulverata misce, et cum sufficienti Aquae quantitate formentur Trochisci.

N. B. Quotiescumque cum Opio praes-

cripti fuerint; singulis Trochiscorum drachmis addes Opii grana tria, et tunc

In granis vigintiquinque continent Opii *granum unum.*

Trochisci gummati Althaeae.

(*Tabellae Althaeae.*)

℞. Radicum Althaeae recentium uncias quatuor,
Aquae libras sex.

Mundatae, et incisae bulliant leviter. In colatura primum dissolve igne lento, continenter spathula lignea agitando,

Gummi Arabici albissimi, triti, libras duas, et semis.

Deinde admisce

Sacchari albissimi libras duas, et semis.

Cola, et vapora ad mollioris massae soliditatem non intermissâ agitatione. Adde albumina ovorum quatuor in Aquae Naphae unciis quatuor soluta. Fortiter agita supra ignem ad humiditatis consumptionem. Effunde in chartam candidissimam, Amyli pulvere

conspersam, et setaceo superimpositam. Tunc amota charta, Amyli quod supersit, secerne, massam refrigeratam in Tabellas scinde, et Amylo denuo coopertas in vase idoneo serva.

Trochisci hydrargyri escharotici.

℞. Muriatis Oxigenati Hydrargyri sublimati unciam unam,
Amyli unciam unam, et drachmas sex,
Gummi Tragacanthi drachmas duas.

Subtiliter pulvera in mortario vitreo, et cum Aquae sufficienti quantitate fiant Trochisci.

In singulis drachmis continent Muriatis Oxigenati Hydrargyri sublimati *scrupulum unum.*

Trochisci hypecacuanae saccharati.

℞. Hypecacuanae pulveratae drachmam unam,
Sacchari albi uncias quinque, et semis,
Gummi Tragacanthi drachmas tres,
Aquae Q. S. ad Gummi solutionem.

Misce, et fiant Trochisci numero cen-

tum quadraginta quatuor, ritè exsiccandi.

Dosis ad scrupulum, seu Trochiscus per intervalla iterandus.

In singulis scrupulis continent Radicis Hypecacuanae *granum semis.*

TROCHISCI NUCCUM CUPRESSI EX RAMICH.

℞. Succi Cydoniorum uncias sexdecim,
Omphacii unciam unam, et semis,
Fructuum Cupressi uncias tres,
Foliorum Myrti uncias duas,
Rosarum Rubrarum unciam unam.

Coque leviter in vase idoneo. Colaturae adde

Pulveris Gummi Arabici sesquiunciam,
Santali Citrini drachmas decem,
Sumach. . . . . . } ana unciam unam,
Rosarum Rubr. }
Piperis Tabasci unciam unam, et semis.

Vapora in radiis solaribus ad exsiccationem. Subtilissimè massam pulvera, et cum Aquae

Rosarum s. q. Trochiscos efforma, in umbra siccandos.

Dosis à drachma ad drachmas duas.

TROCHISCI MYRRHAE COMPOSITI.

℞. Gummatum Myrrhae unciam semis,
Assaefoetidae. . . . .
Sagapeni,
Opoponacis,
Foliorum Rutae,
Pulegii,
Menthae aquaticae,
Radicis Rubiae Tinctorum,
Seminis Petroselini. . . . . } ana drachmas duas.

Pulverisa subtiliter, et cum S. Q. decocti Arthemisiae fiant Trochisci, in umbra sicca, et vase cooperto ad usum serva.

Dosis ad drachmam unam.

TROCHISCI AGARICI.

Vide Agaricum praeparatum, pág. 119.

TROCHISCI COLOCYNTHIS ALHANDAL.

Vide Colocynthis praeparatum, pág. 119.

Trochisci scyllitici.

℞. Pulpae recentis Scyllae coctione praeparatae libram unam,
Corticis Dictamni Albi pulverati Q. S.

Fiant Trochisci S. A. sicca in umbra, et serva ad usum.

In Electuario Theriacale magno ingrediuntur.

Trochisci ferri tartarisati.
(*Globuli Martiales.*)

Vide Praeparata ex Ferro, Cap. XLI.

Trochisci viperarum.

℞. Pulveris truncorum Viperarum cum visceribus praeparatorum Q. V.
Mucilaginis Gummi Tragacanthi Vino albo paratae Q. S.

Fiant Trochisci S. A. quos in umbra sicca, Balsamo Nigro Peruano inungendi, et ad usum servandi.

In Electuario Theriacale Magno ingrediuntur.

TROCHISCI CALAMI AROMATICI HEDYCROY.

℞. Herbae Mari........ Amaraci, Radicis Asari, Ligni Aloes..........	ana uncias undecim.
Radicis Calami Aromatici..... Phù Pontici, Herbae Schoenanthi, Costi Hortensis, Corticis Cinnamomi, Opobalsami, Xylobalsami.................	ana uncias sexdecim.
Foliorum Malabathri......... Spicae Nardi, Corticis Cassiaeligneae, Gummi Myrrhae, Stygmatum Croci...........	ana uncias triginta et duas.

Seminis Amomi uncias sexaginta et tres,
Mastiches uncias quinque et drachmas duas,
Vini optimi Q. S.

Omnia optime pulverata vino confinge, trochiscos forma si volueris, et serva ad usum.

In Electuario Theriacali Magno tantùm ingrediuntur, et quotiescumque conficitur parari debent eoquod ad alios usus non deserviant.

TROCHISCI E KELIS CANCRORUM COMPOSITI.

(*Lapis cordialis de Goa.*)

℞. Apicum, seu ungularum Cancrorum uncias tres,

Oculorum Cancrorum...	ana unciam unam,
Corallii Rubri,	
Succini Albi,	
Cornu Cervi crudi....	
Radicis Contrayerbae....	ana semunciam,
Margaritarum Orientalium	
Lapidis Bezoar Occident.	

Truncorum Viperarum drachmas duas.

Fiat omnium pulvis subtilissimus S. A. et si volueris cum gelatina Cornu Cervi fiant Trochisci in umbra siccandi. In officinis sub nomine PULVIS E KELIS CANCRORUM sine trochiscatione servantur, et in compositione pulveris Kinae Bezoardici Curbi ingrediuntur.

CAPUT XXXI.

UNGUENTA.

Unguentum hydrargyri ad herpetes.

℞. Unguenti Rosacei uncias sex,
Muriatis Hydrargyri praecipitati drachm. sex.
Misce in mortario vitreo.

Drachmae tres hujus unguenti continent muriatis Hydrargyri praecipitati *scrupulum unum.*

Unguentum hydrargyri ad scabiem.

℞. Butyri Vaccini recentis uncias quatuor,
Terebinthinae. . . . . }
Olei Rosacei. . . . . } ana unciam unam.

Igne lenissimo liquefiant : deinde agita in mortario lapideo, et permisce sequentia in subtilissimum pulverem redacta:

Carbonatis Plumbi albi uncias duas, et semis,
Muriatis Oxigenati Hydrargyri sublimati, }
Sulphatis Aluminae exsiccati. . . . . } ana drachmas duas.

Mox adde
Vitellos Ovorum duos,
Succi Limonum uncias duas.
Misce optime.

In singulis unciis continet Muriatis Hydrargyri Oxigenati sublimati *scrupulum semis.*

UNGUENTUM SULPHURETI HYDRARGYRI RUBR.

℞. Pulveris Oxidi Plumbi semivitrificati uncias quatuor,
Muriatis Hydrargyri sublimati drachm. duas,
Carbonatis Plumbi Albi unciam unam, et semis,
Sulphureti Hydrargyri factitii uncias duas,
Olei Rosacei libras duas,
Cerae flavae uncias sex.

Liqua Ceram in Oleo, et reliqua prius laevigata misce, agitando donec frigescant.

UNGUENTUM HYDRARGYRI.
(*Mercurii.*)

℞. Axungiae suillae libras duas,

Hydrargyri libram unam.

Fiat Unguentum S. A. in mortario lapideo pistillo ligneo per aliquot dies continuè agitando donec hydrargyrus inconspicuus redigatur.

In singulis drachmis continet Hydrargyri *scrupulum unum.*

Unguentum nitratis hydrargyri.

(*Citrinum.*)

℞. Hydrargyri. . . . . } ana unciam unam.
Acidi Nitrici. . . . . }

Effunde gradatim Acidum in vas vitreum supra Hydrargyrum ad solvendum. Tunc sume Axungiae suillae liquefactae, et jam ferè spissescentis uncias decem.

Mitte in mortario vitreo, et solutionem nitricam sensìm superaffunde, agitetur mixtura donec frigescat.

In singulis drachmis continet Hydrargyri, *et* Acidi Nitrici, *singulorum grana sex.*

UNGUENTUM CARBONATIS PLUMBI ALBI.
(*Unguentum Albùm Rhasis.*)

℞. Olei Rosacei libram unam, et semis,
Pulveris Carbonatis Plumbi Albi libr. unam,
Cerae Albae uncias quatuor.

Liquefactâ in Oleo Cera, Carbonatem Plumbi admisce, dein coque paululum igne lento, et agita usque ad refrigerationem.

UNGUENTUM PLUMBI ACETATUM.
(*Lithargyri, seu Nutritum.*)

℞. Oxidi Plumbi Semivitrificati tenuissimè triti libram unam,
Olei Olivarum libras tres,
Aceti optimi uncias sesdecim.

Coque Oxidum Plumbi cum Olei libra una, addendo Aquae quantum satis, ad Cerati densitatem. Huic admisce in mortario modò Oleum, modò Acetum, continenter agitando, donec Oleum omne, et Acetum exhauseris, et Unguento debitam spissitudinem, et candorem conciliaveris.

Unguentum plumbi nigrum.

℞. Oxidorum Plumbi Sulphurati laevigati, Semivitrificati. . } ana uncias duas,
Carbonatis Plumbi Albi. Sulphureti Antimonii laevigati. . . . . } ana unciam unam,
Olei Rosacei libras tres,
Cerae uncias novem.

Liqua Ceram in Oleo, et reliqua optime laevigata misce, coque paululum, continenter agitando ad refrigerationem.

Unguentum oxidi plumbi fuscum.

(Vulgò *de la Mere.*)

℞. Axungiae Suillae. . . . . . Butyri recentis, Cerae Flavae, Sebi, Oxidi Plumbi Semivitrificati pulverati. . . . . . . } ana libram semis,
Olei Olivarum libram unam.

Coque more Emplastri, donec ex fusco nigrescat, non intermisâ agitatione.

UNGUENTUM OXIDI PLUMBI RUBRUM.

(*Magistrale.*)

℞. Olei Rosacei libram unam et semis,
Oxidi Plumbi Rubri uncias quinque,
Carbonatis Plumbi Albi. . . . } ana sesquiunciam.
Oxidi Plumbi Semivitrificati, pulverati. . . . . }

Coque paululum continuè agitando, et adde Cerae Albae uncias quatuor.

Liqua, ab igne separa, agita, et serva ad usum.

UNGUENTUM TENUIS ACETATIS PLUMBI.

(*Butyrum Saturni.*)

℞. Acetatis Plumbi Liquidi... } ana libram unam.
Olei Olivarum. . . . . }

Misce in mortario lapideo continue agitando pistillo ligneo ad Linimenti spissitudinem.

Unguentum althaeae.

℞. Olei Althaeae libras duas,
Cerae Flavae. . . . . }
Resinae. . . . . } ana libram semis.
Liquatis, et colatis admisce
Terebinthinae purae uncias duas.

Unguentum colophoniae pallidum.

(*Unguentum Basilicum.*)

℞. Cerae Flavae. . . . . }
Sebi hircini, }
Resinae, } ana libram unam.
Colophoniae. . . . . }
Liqua in Olei Olivarum sesquilibra et cola.
Si loco Colophoniae adhibueris Picem nigram;
Unguentum piciis nigrum *habebis.*

Unguentum medulae mucilagineum.

(*Filii Zachariae.*)

℞. Cerae Albae. . . . . }
Medullae cruris vaccini. } ana uncias sex,
Axungiae Suillae. . . . . }

Olei Seminum Lini recentis uncias quinque.

Liquefactis, et semirefrigeratis adde

Mucilaginis spissioris Seminum Lini uncias sex.

Agita, donec Mucilago exactè misceatur, et Unguentum refrigeretur, quod repetes per aliquod dies ne mucescat.

UNGUENTUM MEDULLAE VACCINAE.

℞. Butyri recentis libram unam,
Medullae cruris vaccini libram semis.

Misce in mortario marmoreo, elue multoties Aquâ purâ, et materiem Aquâ rosaceâ coopertam serva.

UNGUENTUM SEBI ARCEI.

(*Balsamum Arcei.*)

℞. Sebi libram unam,
Terebinthinae purae.... }
Resinae Elemi, } ana uncias decem.
Axungiae Suillae...... }

Liqua, et cola.

Unguentum rosaceum.

℞. Axungiae Suillae recens praeparatae libras duodecim,
Petalorum Rosarum pallidarum recentium libras sex.

Macera per triduum: deinde coque ad humidi exhalationem, et cola cum expressione.

Unguentum sambuci.

℞. Corticum interiorum recentium Surculorum Sambuci libras duas et semis,
Foliorum ejusdem libram semis,
Axungiae Suillae libras novem.

Contundantur et macerentur per dies octo in vase fictili vitreato, et coquantur ad humiditatis ferè consumptionem; cola cum forti expressione, defoeca, et ad usum serva.

Unguentum arthanitae compositum.

℞. Olei radicis Arthanitae recentis libras duas,
Butyri Vaccini............ }
Cerae Flavae............ } ana uncias octo,

Igne lento liquatis adde

Gummi Sagapeni praeparati....	ana unciam semis.
Fellis Taurini evaporati ad mellis spissitudinem.	

Omnia mixta, et semirefrigerata, adde sequentes pulveres

Succi Scamonii Exsiccati.	ana unciam semis,
Radicis Jalappae,	
Fructus Colocynthidos,	
Foliorum Mecereonis,	
Succi Aloes Exsiccati. . .	

Muriatis Sodae Fossilis.	ana drachmas duas.
Gummi Euphorbii,	
Myrrhae,	
Fructus Piperis Longi,	
Radicis Zingiberis,	
Florum Chamaemeli...	

Omnia misceantur S. A. et serva ad usum.

Unguentum lumbricorum nervinum.

℞. Olei Lumbricorum libras tres,

Herbar. recentium Salviae Ivae Arthriticae, Majoranae, Rorismarini, Menthae, Rutae, Summitatum floridarum Verbasci, Lavendulae, Hyperici, Chamaemeli, Meliloti.	ana uncias duas,
Baccarum Lauri . . . . . . Juniperi.	ana unciam unam.

Contusa, et incisa macerentur per biduum; postea coquantur ad humidi aquosi consumptionem, oleum colatum per expressionem defoeca, et in colatura dissolve

Cerae uncias novem.

Semirefrigerato unguento adde

Olei distillati Cerae. . . . . . Terebinthinae	ana uncias duas,

Unguenti Althaeae uncias quatuor.

Misce exacte, et serva ad usum.

Unguentum inulae martiatonis.

℞. Olei Inulae Compositi recentis libras quatuor,
Cerae Flavae libram unam,
Axungiae Porcinae uncias quatuor.

Liquatis et semirefrigeratis adde
Styracis Liquidi drachmas undecim,
Pulveris Mastiches drachmas sex.

Agita ad refrigerationem et serva ad usum.

Unguentum cicutae deopilativum.

℞. Olei Olivarum libras sex,
Foliorum Cicutae.....
Apii,
Ebuli,
Petroselini,
Savinae..... } ana libram unam.
Radicis Capparum....
Iridis Nostratis...
Bryoniae...... } ana libram semis.

Incisa, et contusa macerentur per quatriduum loco tepido; dein coque ad humidi aquosi consumptionem, cola, exprime, et in oleo defoecato igne lento dissolve

Cerae Citrinae sesquilibram.

Semirefrigerato unguento adde

Pulveris Gummi Ammoniaci.... }
Radic. Aristolochiae Long. } ana uncias duas.

Misce, et fiat unguentum S. A.

Unguentum conyzae aregonis.

℞. Olei Conyzae Majoris compositi recentis libras quatuor,

Cerae Albae libram unam,

Axungiae Suillae uncias quatuor.

Liquatis, et semirefrigeratis adde

Pulvis Radicis Pyrethri... }
Zingiberis, }
Fruct. Piperis Nigri }
Euphorbii, } ana unciam semis,
Masticheś, }
Thuris.......... }

Misceantur optime, et agita ad refrigerationem.

Unguentum bryoniae agrippae.

℞. Olei Radicis Bryoniae Compositi recentis libras quatuor,
Cerae Albae libram unam.

Liqua igne lento, agita paululum post semirefrigerationem, et serva ad usum

Unguentum mali insani.

℞. Olei Rosacei libras tres,
Pomorum Mali Insani minutim incisorum libras duas.

Coque igne lento ad humidi aquosi consumptionem, in colatura dissolve
Cerae Citrinae uncias novem.

Liquatis igne lento adde
Oxidi Cupri Acetati laevigati drachmas duas.

Coque paululum ad colorem viridem conciliandum, agita, et refrigeratum serva.

Unguentum rutae.

(*Butyrum Rutae.*)

℞. Foliorum recentium Rutae.. }
Absinthii } ana uncias duas,
Menthae. }
Axungiae Suillae uncias sesdecim.
Coque, et cola.

Unguentum gemmarum populi compositum.

(*Unguentum Populeum.*)

℞. Gemmarum Populi Nigrae recentium, et contusarum libras tres,
Axungiae Suillae praeparatae libras octo.

Misce, et macera in vase fictili vitreato, rite cooperto, donec sequentia recens collecta comparare possis, scilicet

Foliorum Hyoscyami libram unam, et semis,
Sempervivi Majoris... }
Violae, } ana libram unam.
Umbilici Veneris.... }
Solani libras duas.

Contusis, misce, et coque igne lento, con-

tinenter agitando, ad humiditatis consumptionem. Cola, torculari exprime, et defoeca.

Unguentum myrtinum compositum.
(*Unguentum Comitissae.*)

℞. Olei Myrti libram unam,
Cerae Flavae uncias tres.

Liquatis, et ab igne semotis adde sequentia in pulverem subtilem redacta:

Gallarum immaturarum unciam unam,
Baccarum Myrti. . . . . }
Fructuum Cupressi, } ana drachmas duas,
Corticum Granatorum. }
Foliorum Sumach unciam unam,
Mastiches unciam semis.

Agita usque ad refrigerationem, et serva ad usum.

Unguentum cantharidum.
(*Epispasticum.*)

℞. Unguenti Colophoniae Pallidi uncias tres,
Cerae Citrinae unciam semis.

Simul liquatis adde

Pulveris Cantharidum unciam unam, et semis.

Misce igne lento continue movendo, et post refrigerationem serva ad usum.

Unguentum oxigenatum.

℞. Axungiae Suillae uncias octo.

Mitte in vas terreum amplum, igne lento, et dum fervet, per vices injice

Acidi Nitrici puri unciam unam.

Agita spathula lignea, cavendo inflamationem; postea leviter coque ad consumptionem Acidi Nitrici, quod cognoscitur quando vapores amplius non exhalat; tunc ab igne statim separa, pluriesque agita, et semirefrigeratum in modulos papyraceos immitte, ut fiant tabellae quae serventur ad usum.

Unguentum oxidi cupri melleum.

(*Ægyptiacum.*)

℞. Mellis puri uncias quatuordecim,

Aceti fortis uncias septem;
Oxidi Cupri acetati pulverati uncias quinque.

Coque igne lento ad Unguenti spissitudinem.

Linimentum saponaceum.

℞. Alkoholis Vini libram unam,
Saponis Albi uncias duas,
Camphorae drachmas sex.

Saponem radulâ comminutum digere in Alkohole, ut solvatur: deinde adde Camphoram, et in phiala vitrea rite obturata serva ad usum.

CAPUT XXXII.

EMPLASTRA.

Emplastrum resinosum sulphuratum.
(*Guillermi Servitoris.*)

℞. Resinae. . . . . } ana libras duas,
Colophoniae. . . . . }
Cerae libram unam,
Terebinthinae uncias octo.

Liquefactis, et colatis adde

Pulveris Zingiberis unciam unam, et semis,

Baccarum Lauri.....	ana unciam unam,
Sulphuris,	
Seminis Anisi,	
Summitatum Pulegii,	
Thuris,	
Stygmatum Croci,	
Masticbes.........	

Piperis Tabasci uncias duas.

Misce diligenter, et fiat Emplastrum.

Emplastrum sebi anodynum.

℞. Emplastri Oxidi Plumbi Mucilaginei recentis libram unam,

Cerae Albae uncias sex,

Axungiae Suillae uncias quatuor,

Sebi uncias duas.

Liqua, cola, et in Emplastri formam redige.

N. B. Si praedicto Emplastro addideris Olei Olivarum uncias quatuor, habebis Ceratum anodynum.

Emplastrum carbonatis plumbi ustum.

(*Benedictum.*)

℞. Radicis Althaeae........ }
Arundinis....... } ana uncias duas,
Ireos uncias tres.
Olei communis libras tres.

Incisas macera in oleo; dein coque ad humiditatis consumptionem. Cola, et admisce
Carbonatis Plumbi Albi pulverati uncias sex,
Oxidi Zinkci Sublimati Semivitrificati laevigati uncias tres.

Perge coquere spathula continenter agitando ad Emplastri mollis spissitatem. Dein adde
Cerae Flavae uncias quatuor.

Tunc decoque ad debitam densitatem, ac ab igne semotis, et semirefrigeratis affunde
Balsami Nigri unciam semis.

Agita, et fiat Emplastrum.

Emplastrum cicutae.

℞. Resinae Pini libras duas, et uncias duas,
Cerae Flavae libram unam,

Olei Olivarum uncias tres.

Liquefactis igne leni adde

Herbae Cicutae recentis contusae libras duas.

Coque ad totius ferè humidi exhalationem. Cola cum expressione, et adjice

Succi Cicutae recenter extracti, et non defoecati libras quatuor.

Agita spathula lignea donec faecula succi cum massa resinosa permisceatur; dein remove ab igne, et liquorem limpidum supernatantem, et fere refrigeratum decanta: tum massae iterum liquefactae admisce

Gummi Ammoniaci in aceto soluti, et ad Emplastri spissitudinem redacti uncias octo. Fiat Emplastrum S. A.

Emplastrum oxidi plumbi rubrum Vigonis.

(*Confortativum.*)

℞. Radicum, et Foliorum Symphiti, Baccarum Myrti, Rosarum Rubrarum, Summitatum Hyperici....... } ana uncias quatuor,

Incisa, et contusa coque in Aquae libris novem ad tertiae partis consumptionem; tunc sume

Olei Olivarum libras quatuor,
Sebi libram unam,
Oxidi Plumbi Semivitrificati pulv. libr. duas.

Coque, sensim addendo Decoctum supradictum, ad molliorem Emplastri spissitudinem. Deinde in eodem liqua

Cerae Citrinae libram unam,
Terebinthinae purae uncias tres.

Iterum coque ad justam densitatem, et Emplastro semirefrigerato insperge sequentia in pulverem redacta, scilicet

Thuris. . . . .}
Myrrhae, } ana uncias duas,
Masticbes. . . . .}
Resinae Sanguinis Draconis uncias tres,
Oxidi Ferri Aluminosi Rubri laevigati uncias quatuor,
Oxidi Plumbi Rubri uncias sex.

Misce, malaxa, et in cylindros serva.

Emplastrum oxidi plumbi mucilagineum.

(*Diachylum Simplex.*)

℞. Radicum recentium Althaeae in taleolas sectarum, } ana libram semis.
Seminum Lini. . . . . }

Infusa in Aquae libris octo leviter coque ad mucilaginis extractionem.

Cola, et exprime. Tunc sume
Mucilaginis expressae libras tres,
Oxidi Plumbi Semivitrificati subtiliter pulverati libras duas,
Olei Olivarum libras quatuor.

Coque sensim addendo mucilaginem ad Emplastri soliditatem.

Emplastrum oxidi plumbi mucilagineum compositum.

(*Diachylum Magnum.*)

℞. Emplastri praedicti libras sex,
Ichthyochollae Alkoholis Vini Communis unciis duabus solutae unciam semis,
Œsypi uncias quatuor,

Resinae Pini purae.... }
Cerae Flavae........ } ana uncias quatuor,
Terebinthinae clarae libram semis.

Resinam, Ceram, et Terebinthinam simul liquatas, et colatas adde Emplastro liquato igne lento, et optimè misceantur, addendo sub finem Œsypum cum Ichthyochollae solutione in mortario priùs coalitum, postremum verò igne lento digerantur ad intimam unionem, et humiditatis consumptionem.

Emplastrum oxidi plumbi gummatum.

(*Diachylum Gummatum.*)

℞. Emplastri supra descripti libras tres,
Gummi Galbani...... }
Ammoniaci, }
Bdelii, } ana unciam unam,
Sagapeni...... }
Vini Albi libram unam.

Emplastro igne lento liquato, et adhùc calenti, adde Gummata in Vino soluta, colata, et ad mellis inspissitudinem igne lento evapo-

rata, agitando ad perfectam mixtionem; postea lenissimè coque ad humiditatis consumptionem, et forma cylindros S. A.

EMPLASTRUM RANARUM SIMPLEX.

℞. Ranas aquatiles viventes quadraginta,
Radicum recentium Ebuli } ana libram unam
Bardanae } et semis,
Aceti libras tres,
Aquae libras novem.

Macera per biduum, et coque ad dimidias. Tunc sume
Decocti colati, et expressi libras quinque,
Olei Olivarum libras novem.

Coque ad humiditatis ferè consumptionem. Deinde ab igne remove et adde
Axungiae Suillae libras tres,
Oxidi Plumbi Semivitrificati libras sex.
Ejusdem Decocti Q. S.

Spathula lignea permistis iterum coque ad debitam spissitudinem, ut digitis non adhereat; tunc adde

Cerae Flavae libras tres,
Terebinthinae uncias duas.

Exacte permixtis, et semirefrigeratis insperge

Euphorbii pulverati unciam unam.

Fiat Emplastrum S. A. et malaxa.

Emplastrum ranarum cum hydrargyro.

℞. Hydrargyri libram unam,
Terebinthinae uncias quatuor.

Agita in mortario ferreo ad perfectam Hydrargyri oxidationem, seu donec inconspicuus redigatur. Cum Emplastri Ranarum libris sex, et unciis octo, igne lenissimo liquato misce, et malaxatum in cylindros serva. *In singulis unciis continet* Hydrargyri *drachmam unam.*

Emplastrum oxidi plumbi saponaceum.

℞. Olei Olivarum uncias triginta duas,
Oxidi Plumbi Rubri uncias duodecim,
Carbonatis Plumbi Albi optimi uncias sex,

Saponis Albi recentis uncias tres,
Cerae Albae unciam unam et semis.

Plumbi Oxida subtiliter pulverata, cum Oleo diù permisce: deinde adde Saponem in sufficienti Aquae quantitate solutum. Haec omnia simul mixta agita, donec linimenti formam adquisiverint. Tum supra mediocrem ignem, continenter agitando, et humiditatem, quoties oportuerit, addendo, coque ad debitam soliditatem: humidi reliquum levi calore vapora; postea Ceram adjice ad liquationem, et semirefrigerato Emplastro adde

Camphorae pulveratae unciam unam.

Misce S. A. malaxa, et in cylindros serva ad usum.

Emplastrum oxidi plumbi epuloticum.
(*Diapalmae.*)

℞. Oxidi Plumbi Semivitrificati subtiliter pulverati,
Olei Olivarum,
Axungiae Suillae........ } ana libras tres.

Coque cum Aquae sufficienti quantitate, spathula lignea continenter movendo, donec digitis non adhereat. Adde

Cerae Albae uncias novem,
Resinae Pini uncias sex.

Coque iterum ad Emplastri spissitatem.

Emplastrum oxidi plumbi diabotanum.
(*Resolutivum.*)

℞. Oxidi Plumbi Semivitrificati libras duas,
Olei Olivarum libras quatuor,
Aceti optimi Q. S.

Coque in Emplastri spissitudinem. Sub finem admisce Extracta sequentia simul permixta, et aliquantulum liquefacta: scilicet,

Extracti Herbae Cicutae. . . } ana uncias duas,
Chelidonii Majoris. }
Elaterii unciam unam,
Radicis Helenii. } ana unciam semis.
Valerianae. . . . }

Perge coquere per aliquot momenta. Postea adde sequentia, prius liquata, et colata:

Cerae Flavae. . . . . }
Picis Nigrae, } ana libram semis,
Terebinthinae. . . . . }
Styracis Liquidae uncias tres.

Massae fermè refrigeratae insperge

Pulveris Gummi Ammoniaci } ana uncias tres,
Galbani. . . . }
Thuris uncias duas,
Resin. Masticheṡ } ana unciam unam,
Tacamahacae }
Baccarum Lauri. . . . . }
Radicis Ireos, } ana drachmas
Hellebori Nigri, } sex,
Seminum Cumini. . . }
Olei Laterum uncias tres,
Camphorae in Oleo solutae unciam semis.

N. B. Si singulis Emplastri libris addideris Hydrargyri in Terebinthinae uncia una et semis exstincti uncias tres, habebis Emplastrum oxidi plumbi diabotanum cum hydrargyro, quod *in singulis unciis continet* Hydrargyri *drachmam unam et semis*.

Emplastrum collae ad herniam.

(*Contra Rupturam de Pelle.*)

℞. Baccarum Myrti contusarum. } ana uncias sex,
Lumbricorum Vino lotorum }
Aquae Ferrariae libras octo.

Coque ad dimidias, et cola. Tunc sume
Decocti praescripti libras tres,
Olei communis libras duas,
Oxidi Plumbi Semivitrificati libram unam.

Frigidè in cacabo aeneo nutriantur, postea coque ad humiditatis consumptionem, et emplastri mollis consistentiam; postea adde sequentia prius liquata, et colata
Cerae Citrinae libram unam,
Picis Nigrae.......... }
Resinae Pini, } ana uncias novem.
Colophoniae.......... }

Agita, et adde sequentia in Aceto soluta, et ad mellis consistentiam cocta
Gummi Galbani....... } ana uncias quatuor.
Ammoniaci... }

Benè permixtis, et Emplastro ab igne se-

moto, et semirefrigerato paulatim permisce sequentia in pulverem redacta; scilicet

Pulveris Myrrhae.	ana uncias quatuor,
Thuris,	
Masticbes,	
Sanguinis Hirci	
Collae fortis...	
Radic. Aristoloch. Long.	ana uncias tres.
Rotundae,	
Consolidae Major.	
Minoris,	
Gallarum,	
Oxidi Ferri Alum. Magnes.	
Sulphatis Calcis Calcinati,	
Mumiae.	

Assiduè agitando fiat Emplastrum S. A.

EMPLASTRUM SILIQUARUM.

℞. Resinae Pini.	ana uncias quatuor,
Colophoniae.	

Cerae Flavae uncias sex.

Liquatis, et colatis admisce

Extracti Siliquarum ad mellis spissitudinem redacti libram unam,
Mellis optimi uncias duas,
Emplastri Oxidi Plumbi Rubri Vigonis uncias quatuor,
Carbonatis Ferri laevigati drachmas sex,
Fiat Emplastrum S. A.

EMPLASTRUM SILIQUARUM IMPERIALE.

℞. Emplastri Picis Nigrae Regii. . . . } ana uncias quatuor,
Oxidi Plumbi Rubri Vig.
Collae ad Herniam. . . . .
Resinae Guillermi Servit. } ana uncias duas.
Siliquarum. . . . .
Sulphatis Ferri calcinati ad rubedinem unciam semis,
Acetatis Plumbi Crystallisati. . . } ana drachmas duas,
Camphorae pulveratorum. . . . . .

Emplastris simul igne lento liquatis, et adhùc calentis adde cetera pulverata, malaxa, et in cylindros serva.

Emplastrum styracis sthomachicum.

℞. Cerae Flavae............ } ana libras duas,
Thuris................... }
Terebinthinae purae libras tres.
Liqua, cola, et adde
Balsami Styracis.......... }
Resinae Mastiches, } ana uncias tres et semis.
Ladani puri minutim incisi.. }
Benzoini uncias duas, et drachmas duas,
Piperis Tabasci pulver. unc. quatuor et semis,
Olei Distillati Menthae. } ana drachmas duas.
Absynthii }
Fiat Emplastrum lege artis.

Emplastrum styracis sthomachicum pharmacop. matritensis.

℞. Cerae Citrinae libras duas et semis,
Terebinthinae clarae libras tres,
Resinae Tacamahacae libras duas et semis,
Balsami Styracis.......... }
Resinae Mastiches, } ana uncias quatuor et semis.
Ladani puri.............. }

Benzoini.................. } ana drachmas octodecim.
Fructuum Caryophyllorum..
Nuccis Moschatae.........

Olei Distillati Menthae.. } ana drachmas duas,
Absynthium

Styrax cum mollis sit, Ladano in mortario aeneo calefacto pistentur, et misceatur, addendo si opus fuerit, liquamenti Cerae tamtisper, ut massa tenuissima fieri possit, pistillo fortiter contundendo; postea cum Cera, et Terebinthina simul liquatis, et colatis, misceatur, addendo in finem cetera pulverata, et olea Distillata: post refrigeratum Emplastrum optime malaxa, et in cylindros papyro involutos ad usum serva.

Emplastrum picis nigrae regium.

(Contra Rupturam.)

℞. Picis Nigrae libram unam et semis,
Cerae Citrinae........... } ana uncias octo,
Terebinthinae clarae.....
Ladani minutim incisi uncias duas.

Liquatis adde

Succi Hypocistidos in Decocto Nuccum Cupressi soluti, et inspissati unciam unam.

Ab igne semotis insperge

Pulveris Mastiches. . . . . } ana drachmas duas et semis,
Radicis Consolidae Majoris. . . }

Nuccum Cupressi unciam unam.

Oxidi Ferri Alumin. Magnesiani } ana semunciam,
Sanguinei }
laevigatorum. . . . . }

Misce exactè, et fiat Emplastrum S. A.

Emplastrum resinarum glutinans.
(*Andreae à Cruce.*)

℞. Resinae Pini purae uncias sexdecim,
Elemi uncias quinque,
Terebinthinae electae... } ana uncias duas.
Olei Olivarum. . . . . . }
Cerae Albae unciam unam.
Liqua, cola, et fiat Emplastrum.

Emplastrum assaefoetidae matricale.

℞. Terebinthinae uncias duas,
Cerae Citrinae uncias octo.
Leni igne liquatis et colatis adde
Galbani in Aceto soluti, et ad Extracti liquidioris densitatem cocti uncias tres.

Agita spathula lignea ad perfectam mixtionem, et semirefrigeratis adde sequentia in pulverem redacta, scilicet

Thuris. . . . . } ana unciam unam,
Assaefoetidae. . . . . }
Myrrhae unciam semis,
Resinae Animae drachmas sex,
Folliculi Castorei. . . . . . } ana drachmas tres.
Seminis Cumini. . . . . . . }

Misce, fortiter agitando, et sub finem adde
Olei Succini drachmas duas.

Emplastrum galbani simplex.

℞. Terebinthinae uncias quinque,
Cerae uncias octo.
Colatis adde

Galbani in Aceto soluti, et inspis. libr. unam.
Fiat ex Arte Emplastrum.

Emplastrum galbani crocatum.

℞. Gummi Galbani Aceto soluti, et inspissati uncias sex,
Emplastri Meliloti Compositi.. } ana uncias
Oxidi Plumbi Mucilag. } quatuor,
Cerae Flavae uncias duas,
Terebinthinae unciam unam.
Pulveris Stygmatum Croci drachmas sex.

Emplastris simul liquatis adde pulveres, Terebinthinam, et Ceram simul liquatas, et Galbanum. Materiem agita, post semirefrigerationem; forma cylindros, et serva ad usum.

Emplastrum spermatis ceti.

℞. Cerae Albae uncias quatuor,
Spermatis Ceti........ }
Emplastri Oxidi Plumbi Mucilaginei...... } ana uncias duas,

Olei Amygdalarum dulcium unciam semis.

Liqua, cola, et fiat Emplastrum S. A.

Emplastrum meliloti simplex.

℞. Summitatum floridarum Meliloti recentium libras quatuor.

Incisas, et contusas immite in

Sebi liquefacti libras quinque.

Coque leni igne ad totius ferè humidi exhalationem. Cola, et exprime: Tunc adde

Resinae Pini libras octo,

Cerae Flavae libras quatuor.

Fiat Emplastrum S. A.

Emplastrum meliloti compositum.

℞. Emplastri Meliloti simplicis libras tres,

Terebinthinae clarae uncias sex.

Igne lento liquescant et adde

Pulver. Flor. Chamaemeli... }
Meliloti. .... } ana uncias tres,

Radicis Ireos. . . }
Althaeae } ana unciam unam,

Pulver. Stygmatum Croci unciam semis,
Gummi Ammoniaci }
Bdelii. . . . . } ana uncias duas,
Seminis Foenugraeci unciam unam.
Fiat Emplastrum S. A.

Emplastrum cantharidum.
(*Epispasticum, seu Vesicatorium.*)

℞. Cerae Citrinae uncias duas.
Colophoniae. . . . . }
Terebinthinae. . . . . } ana uncias duas
Olei Euphorbii unciam unam.
Igne liquatis adde
Pulveris Cantharidum uncias tres.

Scutum stomachicum.

℞. Emplastri Stomachici unciam semis.

Extende super alutam, et, si praescriptum fuerit, irrora guttulis octo circiter Olei distillati Menthae.

Emplastrum galbani roborans.

(*Scutum pro umbilico.*)

℞. Assaefoetidae. . . . . }
Galbani. . . . . }ana drachmas duas.

Cum sufficienti quantitate Tincturae Alkoholicae Castorei malaxentur, et in alutam extendantur, ut fiat Emplastrum orbiculare, umbilici regioni applicandum.

Extemporaneè fieri debet.

Tela emplastrica epulotica.

(*Sparadrapus Pallidus.*)

℞. Emplastri Oxidi Plumbi Epulotici libr. duas,
Cerae Pallidae libram semis.

Igne lento liquatis immerge lintea, quae distracta, refrigerata, et cultello corrasa, supra porphyritem pistillo vitreo expolies.

Tela glutinans ichthyochollae.

(Vulgò *Tafetan de Inglaterra.*)

℞. Ichthyochollae minutim sectae uncias duas.

Digere per viginti quatuor horas in Aquae

libris duabus et semis. Coque, ut dissolvatur, et cola per linteum cum expressione. Vapora ad mellis consistentiam. Tunc illa satis adhuc calenti telam sericeam rarioris texturae, probè tensam, penicillo obducito. Ichthyochollâ leni igne exsiccatâ operationem saepius repete. Postremò Tincturâ Balsami Tolutani Alkohole Vini extracta eandem telam bis inunge, eamque post perfectam in aëre exsiccationem in cylindros convolutam serva.

CAPUT XXXIII.

ALKOHOLIA COMPOS.

(*SPIRITUS ARDENTES DISTIL.*)

Alkohol inulae compositum.

(*Spiritus Carminativus.*)

℞. Radicis Helenii. . . . . .
Carlinae. . . . . . } ana unciam semis,

Summitat. Rorismarini.
Majoranae... } ana uncias quatuor,

Baccarum Lauri. . . . . . } ana unciam unam,
Summitatum Foeniculi,
Seminum Carvi,
Anisi. . . . . .
Piperis Tabasci. . . . . . } ana unciam semis.
Cinnamomi. . . . .
Corticum Aurantiorum drachmas tres.

Contusis affunde Alkoholis Vini libras tres. Digere vase clauso per biduum, et distilla balneo aquoso, cavendo ab empyreumate.

Dosis à drachma ad drachmas tres.

ALKOHOL RORISMARINI.

(*Aqua Reginae Hungariae.*)

℞. Summitatum floridarum Rorismarini recentium libras decem,
Alkoholis Vini Communis libras viginti.

Macera per dies aliquot, et distilla balneo aquoso ad libras decem.

Dosis interne à scrupulo ad drachmam.

ALKOHOL COCHLEARIAE.

(*Spiritus Cochleariae.*)

℞. Cochleariae recentis, seu Foliorum Lepidii libram unam,
Alkoholis Vini libras quatuor.

Infunde per viginti quatuor horas, et distilla balneo aquoso ad dimidias.

ALKOHOL CINNAMOMI.

℞. Corticis Cinnamomi Manilensis contusae uncias sex,
Vini electi libras tres.

Fiat maceratio per triduum in vase bene obturato, et distilla ad libram unam, quae ad usum in vase obturato serva.

Dosis ad drachmas duas.

ALKOHOL MELISSAE COMPOSITUM.

(*Aqua Carmelitana.*)

℞. Foliorum Melissae recentium uncias octo,
Flavedinis recentis Limonum . . } ana uncias
Aurantiorum. } duas,

Nucis Moschatae. . . . . } ana unciam unam,
Seminis Coriandri. . . . }
Cinnamomi unciam semis,
Alkoholis Vini Communis libras quatuor.

Macera per viginti horas, et distilla balneo aquoso ad dimidias.

Dosis à scrupulo ad drachmam.

Alkohol salviae vulnerarius.
(*Aqua Vulneraria Spirituosa.*)

℞. Foliorum Betonicae.... }
Agrimoniae } ana libram unam,
Artemisiae.. }
Folior. et Summitat. Salviae }
Hyperici, }
Tanaceti, } ana uncias octo,
Absinthii, }
Menthae.. }
Scordii. . . . }
Majoranae, } ana uncias quatuor.
Rorismarini }
Lavendulae }

Concide, et digere per quatriduum loco calido in Vini Albi libris triginta duabus.

Distilla balneo aquoso ad dimidias.

Alkohol corticum aurantiorum.

℞. Corticum Aurantiorum exteriorum recentium libras tres.

Vini optimi libras sex.

Digere per triduum, et distilla ad libras duas S. A.

Dosis ad drachmas duas.

Sic distillantur

Alkohol Corticum Citri,

Limonum.

Alkohol vini communis.

(*Aqua Vitae Rectificata.*)

℞. Vini optimi quantum volueris.

Distilla ex alembico, donec prodiens liquor attactu flammae non accendatur. Distillatum liquorem rectifica, excipulum aliquoties renovando. Liquores elicitos tali in-

ter se proportione misce, ut pro Alkohole Vini in Artis Medicae, et Chirurgicae usum tantummodò eum adhibeas, qui Alkoholis, et phlegmatis partes aequales contineat, seu cujus uncia inflammata ad humoris aquosi ferè semunciam post flammae exstinctionem redacta deprehendatur.

ALKOHOL VINI CAMPHORATUM.
(*Aqua Vitae Rectificata Camphorata.*)

℞. Alkoholis Vini libram unam,
Camphorae unciam semis.
Dissolve.

ALKOHOL VINI.
(*Spiritus Vini Rectificatissimus.*)

℞. Alkoholis Vini Communis libras decem.

Distilla lenissimo igne balneo aquoso ad libras quatuor, ita ut eliciti liquoris pars aliqua Cochleare metallico excepta, et inflammata nihil ferè humiditatis aquosae post se relinquat, aut, quod exactius erit, vas Aquae

distillatae unciam continens, Alkoholis drachmas sex, et grana quinquaginta tria, nec amplius, capiat.

Alkohol sulphuricum.

(*Spiritus Vitrioli Dulcis, seu Aqua Rabeliana.*)

℞. Acidi Sulphurici uncias quatuor,
Alkoholis Vini purissimi uncias duodecim.

Instilla Acidum Alkoholi in matracio, et relinque in digestione vase cooperto per octiduum identidem agitando.

Dosis à guttis octo ad scrupulum.

Alkohol sulphuricum aethereum.

(*Liquor Anodynus Mineralis.*)

℞. Alkoholis Vini purissimi unciam unam,
Ætheris Sulphurici uncias quatuor. Misce.

Dosis à scrupulo ad drachmam.

Alkohol muriaticum aethereum.

(*Spiritus Salis dulcis.*)

℞. Acidi Muriatici libram unam,

Alkoholis Vini purissimi libras duas.

Digere in retorta vitrea, et distilla balneo arenae ferè ad siccitatem. Liquorem iterata ad siccitatem distillatione serva.

Dosis à guttis decem ad scrupulum.

Alkohol nitricum aethereum.
(*Spiritus Nitri dulcis.*)

℞. Acidi Nitrici libram unam,
Alkoholis Vini purissimi libras duas.

Procede in distillatione ut supra.

Dosis à semiscrupulo ad scrupulum.

Æther sulphuricus.

℞. Alkoholis Vini purissimi libras sex,
Acidi Sulphurici libras septem.

Instilla paulatim Acidum supra Alkoholem, in retorta vitrea exceptum, mixturam per intervalla agitando. Retortam tubulatam in balneo arenae prius calefacto colloca. Receptaculum admove, et mediocri igne distilla liquoris uncias circiter tres: quibus semo-

tis apta aliud receptaculum amplum, foraminulo exacte obturato superne pertusum, et linteo madefacto saepius renovando coopertum, seu potius duo excipula, primum cum altero posteriùs communicans, commissuris mica panis cum aquâ subacta rite clausis. Distilla ebullientem liquorem, donec in utrumque excipulum triginta, aut triginta duae unciae transierint; quod eveniet, antequam vapores sulphurei percipi incipiant ex foraminulo, quem identidem inter distillandum reserabis, ut *gases* avolent, qui Ætheris condensationem impedirent. Vasis refrigeratis liquori distillato, et ab aquâ acidulâ per infundibulum separato adde calcis pridie aquae ope in pulverem exstinctae unciam semis; et ex retortâ lampadis igne, seu lenissimo calore in receptaculum amplum, juncturis obseratis, distilla octodecim, vel viginti Ætheris siccissimi uncias.

Dosis à semiscrupulo ad semidrachmam.

N. B. Si residuo primae distillationis post

refrigerationem; Alkoholis purissimi libras sex per syphonem retorte addideris, et distillationem, ut antea prosequeris, libram unam Ætheris Sulphurici, et libras duas Alkoholis Sulphurici Ætherei Hoffmani per rectificationem obtinebis.

Æther aceticus.

℞. Acidi acetici. . . . . } ana libras duas.
Alkoholis purissimi . . . . . . }

Misce, distilla, et rectifica, ut supra.

Sic parantur

Æther Nitricus cum Acido Nitrico purissimo,

Æther Muriaticus cum Acido Muriatico oxigenato.

CAPUT XXXIV.

TINCTURAE.

Tinctura alkoholica aloes composita.
(*Elixir Propietatis.*)

℞. Aloes optimae. . . . . } ana unciam unam,
Myrrhae. . . . . }

Stygmatum Croci, minutim incisi, unciam semis,

Alkoholis Vini libram unam, et semis.

Digere per octiduum in vase vitreo rite obturato, identidem vas agitando. Tincturam filtra.

Dosis à semiscrupulum ad semidrachmam.

Tinctura alkoholica salviae vulneraria.

(*Balsamum* vulgò *del Cura de Tembleque.*)

℞. Succi Uvarum Rubrarum recentis libras sexcentas viginti, et quinque,

Foliorum, et Florum Rorismarini mense Maji collectorum libras octo,

Foliorum Salviae libras tres,

Folior. et Flor. Stoechados. }
Mari Vulgaris. } ana libras duas,

Radicis Consolidae Majoris libram unam,

Fructus Nuccis Moschatae }
Radicis Zingiberis Albi. . . }
Corticum Pomorum Aurantiorum Acidorum mense Maji collectorum. . . . . } ana uncias quatuor,

Foliorum Umbilici Veneris Fructuum Caryophyllorum Aromaticor. Granorum Paradysi	ana uncias duas.

Incisa, et contusa macerentur in vase satis amplo loco tepido per mensem, ut fiat fermentatio alkoholica; postea in alembico capaci balneo mariae distilla ad dimidias; vel usque liquidum stilans attactu flammae non accendatur. Postea alkoholem distillatum, balneo mariae rursus distilla ad dimidias. Tunc sume

Hujus Alkoholis rectificati libras triginta, et octo,

Foliorum Ulmi mense Maji incipiente collector. Populi Nigri eodem tempore collect.	ana uncias duas, et semis.
Radicis Spini Nigri. . . . . Fructuum Rubi Idaei inmaturorum, in fine mensis Julii collectorum..	ana uncias viginti.

Radicis Consolidae Majoris. . . . } ana uncias decem.
Baccarum Juniperi,
Foliorum Umbilici Veneris. . . . }
Sempervivi Minoris uncias quinque.
Cortic. Granator. Acidor. uncias quindecim.

Contusa, et incisa macerentur in praedicto alkohole per dies octo, donec tinctura bene saturata extrahatur, quae filtrata ad usum servetur in vase optimè clauso.

Sic in Officina Regia Pharmaceutica ritè paratur, et in vulneribus recentibus, amputationibus in Schaedula originali efficacissimum comendatur.

Tinctura aquosa ferri alkalina.

Vide Potassa Ferruginosa Liquida, pág. 331.

Tinctura vinosa ferri tartarisata.

℞. Limaturae Ferri nitidae uncias octo,
Tartritis Aciduli Potassae Communis uncias sexdecim,
Aquae libras sexdecim.

Coque in vase ferreo, assiduè spathula agitando per horas duodecim, et addendo Aquae ferventis quod sufficiat. Tunc liquorem decanta, filtra, et in vase fictili vitreato ad Extracti mollioris spissitudinem vapora.

Tunc sume

Hujus Extracti uncias tres,

Vini Albi libram unam,

Alkoholis Vini Communis unciam semis.

Digere per octiduum, et filtra.

Dosis à drachma ad drachmas duas.

Tinctura alkohol-sulphurica gentianae composita.

(*Elixir Vitrioli Dulcis.*)

℞. Cinnamomi Manilensis. . . . . . } ana unciam unam,
Flavedinis Corticum Aurantiorum siccatae. . . . . }

Radicis Gentianae uncias duas,

Alkoholis Sulphurici libram unam.

Pulvera, digere per quatriduum, et filtra.

Dosis à guttis octo ad scrupulum.

Tinctura aquosa laccae.

℞. Gummi Laccae purae unciam unam,
Sulphatis Aluminae unciam semis,
Aquae Rosarum libras duas.

Digere in vase vitreo, et liquorem, ubi rubicundissimus apparebit, filtra.

Tinctura alkoholica laccae.
(*Laccae Spirituosa.*)

℞. Gummi Laccae purae unciam unam,
Sulphatis Aluminae in Aqua soluti drachmam unam, et semis,
Alkoholis Cochleariae, aut Lepidii uncias octo.

Digere in vase circulatorio. Tincturam saturatè rubentem filtra.

Tinctura alkoholica opii.
(*Paregorica.*)

℞. Opii secti uncias duas,
Stygmatum Croci, minutim incisorum unciam semis,

Cinnamomi Manilensis drachmas duas,
Alkoholis Vini Communis } ana uncias duodecim.
Aquae purae. . . . . }

Digere per octiduum, et filtra.

Dosis ad scrupulum.

In singulis scrupulis continet Opii *grana duo.*

TINCTURA VINOSA OPII SYDENHAMI.

(*Laudanum Liquidum.*)

℞. Opii electi incisi, aut contusi uncias duas,
Stygmatum Croci unciam unam,
Corticum Cinnamomi. . . . } ana drachmam unam,
Fructuum Caryophyllorum. }
Vini Albi optimi libram unam, et semis.

Omnia contusa mitte in matracium vitreum, et digere per mensem, dein cola, et vase diligenter obturato serva.

Dosis à guttis sex ad scrupulum.

TINCTURA AQUOSA RHABARBARI.

(*Anima Rhabarbari.*)

℞. Radicis Rhabarbari contusae drachmas duas,

Aquae purae uncias octo.

Post levem ebullitionem cola.

Pro unica Dosi.

TINCTURA ALKOHOLICA OPII SAPONACEA.

(*Balsamum Anodynum.*)

℞. Saponis Albi unciam unam,
Opii unciam semis,
Camphorae drachmas sex,
Stygmatum Croci, minutim incisorum drachmam unam,
Alkoholis Vini Communis sesquilibram.

Misce, digere leni igne in vase clauso per octiduum, et cola.

In singulis unciis continet Opii *grana sexdecim.*

N. B. Tincturae Alkoholicae à nonnullis ALKOHOLIA RESINOSA vocantur.

TINCTURA CORTICUM AURANTIOR. COMPOSITA.

(*Elixir Sthomachicum.*)

℞. Corticum Aurantiorum... } ana unciam unam
Kinae....... } et semis.

Summitatum Absinthii... }
Florum Chamaemeli, } ana unciam unam,
Piperis Tabasci....... }
Coccinellae drachmam semis,
Aquae libram unam, et semis,
Alkoholis Vini Communis uncias quatuor.

Tere, misce, digere per triduum, et filtra.

Dosis à semidrachma ad drachmam.

Tinctura alkoholica succini.

℞. Succini Flavi, subtilissimè pulver. uncias duas,
Alkoholis Vini uncias duodecim.

Digere in vase vitreo optimè clauso, donec Tinctura extrahatur. Filtra.

Dosis à semiscrupulo ad semidrachmam.

Simili modo fit Tinctura

Folliculi Castorei,
Myrrhae, Assaefoetidae,
Benzoini,
Ligni Aloes,
Kermes,
Aloes, et similium.

Tinctura vinosa opii anticolica.

(*Anticolica ex Palacios.*)

℞. Opii secti uncias duas,
Radicis Zedoariae unciam unam,
Carlinae. . . . . . . } ana unciam semis,
Galangae. . . . . . }
Acori Veri. . . . . }
Corticis Pomorum Aurantiorum }
Citri siccarum, } ana drachmas duas.
Seminis Anisi, }
Carvi, }
Florum Chamaemeli. . . . . }
Fructuum Caryophyllorum Aromaticorum, } ana semidrachm.
Baccarum Lauri, }
Juniperi. . . }
Corticum Macis drachmam unam,
Vini Albi optimi libras tres.

Contusa macerentur in matracio vitreo per dies octo; postea filtra, et serva.

Dosis ad scrupulos duos.

Tinctura radicis pyrethri odontalgica.

℞. Radicis Pyrethri drachmas sex,
Rassurae Ligni Guajaci uncias duas,
Sassafras unciam unam,
Foliorum Nicotianae drachmas tres,
Summitatum Thymi. . . } ana drachmas duas,
Origani. . . }
Fructuum Caryophyllorum drachm. unam,
Camphorae. . . . . } ana semidrachmam,
Opii. . . . . }
Alkoholis Vini Communis libras tres.

Incisa, et contusa macerentur per duodecim dies; postea cola, et usui serva.

Usus externus.

Tinctura alkoholica cantharidum.

℞. Pulveris Cantharidum unciam semis,
Coccinellae drachmam unam,
Alkoholis Vini libras tres.

Digere per dies octo continuè agitando; dein adde

Ambrae Gryseae drachmam semis,

Alkoholis Cinnamomi uncias tres.

Digestio continuetur per dies tres, et filtretur ad usum.

Usus externus.

TINCT. ALKOHOLICA HYPERICI VULNERARIA.

(*Balsamum Catholicum.*)

℞. Florum Hyperici seminibus onustorum, et siccorum, Radicis Acori contusorum.... } ana unciam semis,

Alkoholis Vini Communis libras tres.

Digere loco calido in vase clauso per aliquot dies, identidem agitando. Tunc adde

Benzoini uncias tres,

Balsami Styracis........ Tolutani........ } ana uncias duas,

Gummi Myrrhae unciam semis.

Digere iterum, et cola.

Usus plerumque externus.

Dosis interne à guttis sex ad scrupulum semis.

Tinctura alkoholica kinae composita.

(*Alexipharmaca Huxham.*)

℞. Corticis Quinnae optimae pulveratae uncias duas,
Corticum Aurantiorum semiunciam,
Radicis Serpentariae Virginianae drachm. tres,
Stygmatum Croci scrupulos quatuor,
Coccinellae Indicae scrupulos duos,
Alkoholis Vini Communis uncias sexdecim,

Contusa macerentur in vase clauso per dies quatuor; postea filtra, et serva ad usum.

Dosis ad semunciam.

Tinctura vinosa extracti absynthii composita.

(*Elixir Bals. temp. Hoffm.*)

℞. Extractorum Absynthii. . . . . } ana unciam unam,
Cardui Benedicti,
Centaurii Minoris,
Radicis Gentianae. . . .
Flavedinis corticum Aurantiorum uncias quatuor,

Vini optimi libras duas,
Alkoholis corticum Aurantiorum uncias duas.

Contusis digerantur per dies tres, materiem agitando ad solutionem extractorum; postea filtra, et serva.

Dosis à drachma una ad drachmas duas.

TINCTURA ALKOHOLICA MYRRHAE UTERINA.
(*Essentia Antihisterica.*)

℞. Myrrhae electae. . . . . }
Assaefoetidae, } ana drachmam
Stygmatum Croci, } unam, et semis.
Folliculi Castorei. . . . . }
Camphorae drachmam unam,
Carbonatis Ammoniaci Crystalissati drachmas duas,
Olei Distillati Succini drachmam semis,
Alkoholis Vini uncias octo.

Contusa digerantur per dies octo: filtra, et serva ad usum.

Dosis à guttis duodecim ad viginti.

TINCT. ALKOHOLICA CORTIC. AURANTIOR. WIT.
(*Roborans Wit.*)

℞. Flavedinis Corticum Aurantiorum uncias quatuor.
Corticis Kinnae optimae uncias duas,
Radicis Gentianae unciam unam,
Alkoholis Vini libras duas.

Contusa macerentur in matracio per horas vigintiquatuor; postea filtra, et serva ad usum.

Dosis ad drachmas duas, vel quatuor.

TINCT. ALKOHOLICA PICIS GRAECAE COMPOS.
(*Balsamum de Salazar.*)

℞. Picis Graecae unciam semis,
Thuris optimi.......}
Resinae Mastiches, } ana unciam unam,
Aloes Succotrini......}
Alkoholis Vini libras quinque.

Contusa digerantur in matracio vitreo satis amplo, optimè clauso per dies viginti; postea filtra, et serva.

Usus externus.

Tinctura aquosa rosarum rubrarum.

℞. Rosarum Rubrarum exungulatarum, et siccarum unciam semis,
Aquae ferventis libras tres.

Infunde in vase fictili vitreato per horae quadrantem addendo
Acidi Sulphurici Aquosi scrupulum unum.

Cola.

CAPUT XXXV.
MIXTURAE.

Mixtura opii adstringens Sylvii.
(*Ad Vomitum Sanguinis.*)

℞. Aquae Distillatae uncias duas, et semis,
Acidi Acetosi unciam semis,
Opii puri pulverati grana duo.

Dissolve, et adde
Coralli Rubri laevigati drachmam semis,
Pulveris Catechu scrupulum semis,
Syrupi simplicis unciam unam.

Dosis uncia semis per intervalla iteranda.
In singulis unciis continet Opii *granum semis.*

Mixtura carbonatis potassae absynthii.

(*Antiemetica.*)

℞. Aquae purae unciam unam,
Lacticinosae Cinnamomi drachmam unam,
Carbonatis Potassae Absinthii drachm. semis,
Succi Limonum recentis drachmas sex.

Misce, et sumat Æger vigente adhuc Mixturae effervescentia.

Pro unica Dosi.

Mixtura resinae copaybae D. Fuller.

(*Mixtura Balsamica.*)

℞. Resinae liquidae Copaybae unciam semis,
Vitellorum Ovorum duo,
Vini Albi optimi uncias octo,
Syrupi Simplicis uncias duas.

Resina cum Vitellis Ovorum in mortario diu agitentur Vinum paulatim instillando; postea adde Syrupum, ut fiat optima mixtura, Emulsionis instar; cola, et serva.

Dosis ab uncias duas.

Mixtura moschata.

